

HERCVLES IN BIVIO

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

CONSENSV ET AVCTORITATE

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

IOHANNES ALPERS

HANNOVERANVS

GOTTINGAE


APVD DIETERICHIVM

MCMXII

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulerunt M. Pohlenz et P. Wendland.

Examen rigorosum habitum est a. d. X. Kal. Mart. a. MCMXII.

Conspectus libelli.



Goethe in libro, cui inscribitur Wilhelm Meisters theatralische Sendung, Guilelmum Meister haec narrantem facit (I 8.): Ich erinnere mich noch eines Gedichtes, das sich unter meinen Papieren finden muß, in welchem die Muse der tragischen Dichtkunst und eine andere Frauensgestalt, in der ich das Gewerbe personifiziert hatte, sich um meine werte Person recht wacker zanken. Die Erfindung ist gemein, und ich erinnere mich nicht, ob die Verse etwas taugen; aber ihr sollt es sehen, um der Furcht, des Abscheues, der Liebe und der Leidenschaft willen, die darin herrschen. Wie ängstlich hatte ich die alte Hausmutter geschildert mit dem Rocken im Gürtel, mit Schlüsseln an der Seite, Brillen auf der Nase, immer fleißig, immer in Unruhe, zänkisch und haushälterisch, kleinlich und beschwerlich! Wie kümmerlich beschrieb ich den Zustand dessen, der sich unter ihrer Rute bücken und sein knechtisches Tagewerk im Schweiße des Angesichtes verdienen sollte!

Wie anders trat jene dagegen auf! Welche Erscheinung ward sie dem bekümmerten Herzen! Herrlich gebildet, in ihrem Wesen und Betragen als eine Tochter der Freiheit anzusehen. Das Gefühl ihrer selbst gab ihr Würde ohne Stolz; ihre Kleider ziemten ihr, sie umhüllten jedes Glied, ohne es zu zwängen, und die reichlichen Falten des Stoffes wiederholten, wie ein tausendfaches Echo, die reizenden Bewegungen der Göttlichen. Welch' ein Kontrast! und auf welche Seite sich mein Herz wandte, kannst du leicht denken. . . . Der Wettstreit war heftig, die Reden beider Personen kontrastierten gehörig, da man im vierzehnten Jahre gewöhnlich das Schwarze und Weiße recht nah aneinander zu malen pflegt. Die Alte redete, wie es einer Person geziemt, die eine Steck-

nadel aufhebt, und jene wie eine, die Königreiche verschenkt. Die warnenden Drohungen der Alten wurden verschmäht; ich sah die mir versprochenen Reichtümer schon mit dem Rücken an; enterbt und nackt übergab ich mich der Muse, die mir ihren goldenen Schleier zuwarf und meine Blöße bedeckte.

Quam inventionem pervulgatam esse Goethe dicit, eam e veterum scriptis originem ducere apparet. Atque simillimam quidem formam Lucianus praebet (cf. infra p. 42); primus autem auctor est talium narrationum Prodicus fabula sua notissima, quam Herculem in bivio nominare solemus.

Quam fabulam, cuius forma a sophista ipso condita paulo post oblivione obruta esse videtur, Xenophon servavit in Memorab. II 1. 21—34, ubi Socratem eam afferentem facit. Post Xenophontem autem multi alii quoque et Graeci et Romani scriptores fabulam adhibuerunt ita, ut operam me perditurum non esse sperem, qui historiam huius fabulae apud Graecos et Romanos enarrare constituerim. Quod ut ratione ac via faciam, nonnulla praemittenda sunt de fundamentis, in quibus fabula posita est.

I. De fabulae fundamentis.

Duae res praecipue fundamentum fabulae praebent, comparatio illa, quam σύγκρισιν nominare solemus, et imago duarum viarum tritissima. Atque σύγκρισις quidem illa nata est ex contentionum studio, quod quantum in Graecorum vita omnino valuerit, nemo est, qui nesciat. Nam ut Olympiae aliisque Graeciae locis adulescentes in certamen descendebant, ut corporis vires experirentur, et certamina quoque musica ac lyrica fiebant, eodem modo etiam λόγου ἀγῶνες instituebantur exercebanturque praecipue, ex quo saeculo a. Chr. n. quinto sophistae adulescentes vim dicendi docebant. Itaque haud mirum est, quod eiusmodi certamina etiam in libris Graecorum iam primis temporibus inveniuntur, et rectissime iudicat

O. Hense [1]): Es wäre zu verwundern, wenn ein so ausgeprägt nationaler Zug, dem die Literatur ihre Blüte dankte, nicht auch in der Literatur selbst wieder mannigfach zur Darstellung gekommen wäre. In der Tat ist dies in so reichem Maße der Fall, daß zumal die Dichter- und Philosophenagone besonders in der Komödie und der sympotischen Literatur ein gern benutztes Motiv abgaben. Ungleich verbreiteter und mannigfaltiger aber ist in der Literatur derjenige Agon, zu dessen Trägern erst die freie dichterische Kraft irgend welche Gegenstände der sinnlichen und der unsinnlichen Welt befähigt. Ut exempla afferam, Herodotus (III 80 sqq.) tres Persas inducit, quorum primus τὴν δημοκρατίαν, alter τὴν ὀλιγαρχίαν, tertius τὴν μοναρχίαν commendat. Atque simili modo in Euripidis Suppl. (vss. 410 sqq.) ἅμιλλα λόγων instituitur inter praeconem Thebanorum, qui τὴν μοναρχίαν laudat, et Thesea, qui τὴν δημοκρατίαν magnis effert laudibus [2]). Etiam Thucydides (V extr.) dialogum composuit quam excultissimum inter Athenienses Meliosque.

Multo saepius in comoediis ἀγῶνες inveniuntur, velut in Aristophanis Vesp. inter Philocleonem et Bdelycleonem, in Ran. inter Aeschylum atque Euripidem. Etiam eorum certaminum, in quibus duae res per allegoriam quasi personarum vestes induerunt, comoedia plurima praebet exempla. Velut Epicharmus certamen instituisse videtur inter Γῆν et Θάλασσαν (F. C. G. I 1 p. 94) et inter Λόγον et Λογίναν (ibid. p. 106). Dein commemoro agonem inter Λόγον Δίκαιον et Ἄδικον in Aristophanis Nubb. Porro Aristophanes in Plut. Πλοῦτον et Πενίαν quamquam non inter ipsos certantes, attamen personas induxit agentes [3]).

1) Die Synkrisis in der antiken Literatur 1893 p. 9.

2) Quos locos si inspexeris, facile concedes isdem fere sententiis populi imperium ab utroque laudari, etiamsi ordo singula enumerandi idem non est. Similiter etiam oratio praeconis cum alterius Persae oratione aliqua ex parte congruit.

3) Cum agones comoediarum proprii sint, dixerit quispiam rationem certam intercedere inter Prodicum comoediarumque poetas. Sed

De altero fabulae fundamento, quod positum est in imagine duarum viarum, paulo accuratius est dicendum. Hesiodus primus quantum video vias per allegoriam adhibuit in versibus nobilibus (Opp. 287 sqq. Rz.):

τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
ῥηιδίως· λείη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
290 ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτὴν
καὶ τρηχὺς τό πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
ῥηιδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Ubi duae commemorantur viae, quibus ad virtutem aut ad vititiositatem eatur. Nec tamen hi versus tam faciles sunt ad intellegendum quam volgo creditur. Nam si legis duos illos versus, quos vitiositati tribuit poeta, statim eam quasi personam induisse intellegis. Habitat[1]) enim proxime, et cum via, quae ducit ad eam, levis sit, homines gregatim[2]) adipisci possunt Vitiositatem.

Multo difficilius versus quattuor insequentes, quibus de virtute agitur, intelleguntur. In enuntiato enim vss. 291 sq. desideras et in sententia condicionali et in primaria subiectum. Atque ἵκηται, quod codices praebent, ad οἶμον referri potest, et ῥηιδίη δὴ ἔπειτα πέλει quoque ad eandem vocem redire primo facile suspiceris. Attamen ferri non potest modo οἶμον esse masculini (290), modo feminini generis (292). Referenda igitur sunt verba ῥηιδίη

---

neque Prodicum a comoediis nec comoedias a Prodico pendere in agonibus adhibitis probavit O. Hense l. c. p. 24.

1) ναίειν significat etiam situm esse, sed tantum de oppidis vel insulis hoc usurpatur sensu. Cf. Il. B 626, Soph. Ai. 594. Hic igitur ναίειν est habitare. Cf. Epicharmi frgm. 161 (F. C. G. I 1): ἁ δ' Ἁσυχία χαριέσσα γυνά, καὶ Σωφροσύνας πλατίον οἰκεῖ.

2) Ἰλαδόν ad homines referendum est, qui Vitiositatem ἑλέσθαι praeferunt, etiamsi Hesiodus cum Virtutem describit nihil dicit de paucis, qui ad Virtutem perveniunt. De comitibus Vitiositatis cogitare non debemus, quamvis posteriores auctores facile id suppeditare possint. Nam nec Vitiositatis comites aperte nominantur et Virtutis comites plane desiderantur. Praeterea multo facilius versus intellegitur, si ἰλαδόν de hominibus qui Vitiositatem adipiscuntur dici ponimus.

δὴ ἔπειτα πέλει ad virtutem. Sed tum aliter quoque de ἵκηται lectione iudicabimus. Nam ineptum videtur in illa sententia utrumque desiderari subiectum ac primo quidem loco οἶμον, altero ἀρετήν postulari. Quapropter ἵκηαι legam. Accedit, quod F. Leo (Hesiodea p. 18) de hoc versu dicit: item vs. 291 ἵκηται scio quidem qua ratione defendi possit, sed vigori et actioni sermonis multo melius convenire video, quod in Platonis (Legg. p. 719 A) non ‚codicibus nonnullis' est sed in Parisino, ἵκηαι.

Nunc quaeratur, utrum ἀρετή quoque quasi personam induerit necne. Atque antiqui quidem auctores, qui Hesiodi versus apponunt, Virtutem feminam esse sibi, finxerunt [1]). Hesiodi ipsius versus si perscrutamur, κακότης quidem aperte mulier est indeque exspectamus Virtutem quoque feminam esse. Quam opinionem fulciunt verba μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτὴν καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον et insequentia ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι, quae optime quadrant ad feminam, quae sedet in monte. Sed obstare videntur verba τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι et illa ῥηιδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα, vel potius dicam illa verba non posse ita intellegi, ut Virtutem mulierem esse putemus. Minime convenit Virtuti feminae versus 292, cuius sensus est: Facile est secundum virtutem vivere, virtutem exercere, quamquam labores affert. Miscuit igitur duas res Hesiodus. Primum Virtutem Vitiositatemque feminas esse vult, dein prosopopoeiam neglegit et virtutem ad mores tantum hominum refert. Non igitur sibi constat poeta. Unde concludimus eum non primam imaginis formam praebere.

Fortasse res nobis clarior fiet, si in Simonidis fragmentum 58 (apud Bergkium: poet. lyr. Graec. III 1139) inquiremus, quod cum Hesiodo cohaerere videtur aliqua ratione:

ἔστι τις λόγος
τὰν Ἀρετὰν ναίειν δυσαμβάτοις ἐν πέτραις,

---

1) Cf. Luciani Hermot. 2. 4.

νυμφᾶν δέ μιν θοᾶν χορὸν ἁγνὸν ἀμφέπειν·
οὐδὲ πάντων βλεφάροις θνατῶν ἔσοπτος
ᾧ μὴ δακέθυμος ἵδρως
ἐνδόθεν μόλῃ, ἵκῃ τ'ἐς ἄκρον
ἀνδρείας [1]).

Famam esse ait Simonides Virtutem habitare inter saxa et chorum nympharum eam circumdare. Quae sequuntur aperte ad Hesiodum spectant. Quaeritur autem, unde sumpserit ea quae antecedunt, utrum de suo addiderit ac versus Hesiodeos exornaverit an fabula exstiterit antiqua, a qua pendeat, quae fortasse etiam Hesiodo ante oculos versata sit. Res ita se habere videtur. Iam Hesiodus non primam imaginis formam, ut supra (p. 5) vidimus, exhibet. Simonides autem sententias ex Hesiodo sumptas: ᾧ μὴ δακέθυμος ἵδρως ἐνδόθεν μόλῃ, ἵκῃ τ' ἐς ἄκρον ἀνδρείας coniunxit cum fama aliqua, quam λόγον esse significat, quae in ea re vehementer cum Hesiodo discrepat, quod habitat Virtus inter saxa et comites secum habet. Unde concludere debemus Hesiodum et Simonidem ex communi quodam fonte hausisse, nimirum fabula per Graecorum ora divulgata, sed litteris non mandata.

Melius autem quae continuerit illa fabula intellegemus, si similes eius mythos ad comparandum advocabimus. Quos commemorat E. Maass (Aratea p. 138): ,Super saxorum fastigio ac solitudine medio fere in aere (vs. 1217) Nephelococcygiam suam Aristophanes probe quiete feliciter victuris receptaculum locavit . . . ὀρέων ἐπεμαίετο, τοὺς δ'ἄρα λαοὺς εἰς αὐτὴν ἔτι πάντας ἐλίμπανε παπταίνοντας virgo

2) Versus praebeo secundum eam formam, quam Wilamowitzius constituit (Nachr. d. Gött. Ges. d. Wiss. 1898 p. 215). Qui pro verbis traditis νῦν δέ μιν θοὰν χῶρον scripsit νυμφᾶν δέ μιν θοᾶν χορόν, quia Virtutem apte circumdari censet a comitibus, quae iis locis, ubi habitat, conveniunt. Tantum in ea re discedo a Wilamovitzio, quod Pohlenzio magistro monente ἀνδρείας non muto in ἀνδρείᾳ. Hoc enim dicit Simonides: Nemo Virtutem aspicit nisi qui multa sudavit ac summis viribus nisus est. Cf. Platonis Tim. 20 A φιλοσοφίας . . . ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλήλυθεν, Legg. 701 E τὸ ἄκρον δουλείας.

Aratea vs. 127'. Similia invenies apud Hesiodum (Opp. 197 sqq. Rz.):

καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
λευκοῖσιν φάρεσσι καλυφαμένα χρόα καλὸν
ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις.

Unde videmus eiusmodi mythos quamvis varia forma traditos Graecis haud ignotos fuisse et opinari nos licet fabulam, quam Simonides in animo habet, haec fere narravisse: Virtus eiusque comites in locum se receperunt secretum ac difficilem aditum praebentem ibique vitam degunt. Is solus ad eas unaque ad vitam pervenire potest beatam, qui labores subiit et fortem constantemque se praestitit. Dein fortasse de Vitiositate agebatur. Quae ex deorum coetu eiecta [1]) atque nunc aliquo loco, ad quem facile perveniri potest, versata multos ad se allicit homines.

Sed ut eo unde sum profectus revertar, ad eandem popularem fabulam etsi fortasse paulum forma variatam et Hesiodum et Simonidem respicere puto. Quamquam Simonidem in sententia ultima ab Hesiodo pendere minime negaverim.

Haud abs re esse videtur adnotare poetas Graecos iam primis temporibus bivium commemorare apud inferos, i. e. duas vias quarum altera ad χῶρον εὐσεβῶν, altera ad χῶρον ἀδίκων fert. Qua de re infra [2]) erit accuratius tractandum. Porro Parmenides in carmine epico suo imaginem viae adhibuit. Ac primum quidem vera intellegenda est via (I 1 sqq. ed. Diels). Im Laufe des Gedichtes verblaßt die Allegorie völlig und ὁδὸς δαίμονος wird zur ὁδὸς ἀληθείας, zur πειθοῦς κέλευθος (4, 4) (apud Dielsium l. c. p. 47).

Imago viae igitur iam primis temporibus a Graecis exculta fuit. Quam sententiam rectam esse declarat alia res, quae digna est quae accuratius examinetur. Nota

1) Similia verba leguntur in Xenophontis memor. II 1. 31.
2) V. p. 66. 70.

est enim narratio, qua litteram Y Pythagoras invenisse et ad modum humanae vitae figurasse dicitur. Hoc certe putant posteriores velut Persius sat. 3. 55 sq.:

,Et tibi, quae Samios diduxit littera ramos,
surgentem dextro monstravit limite callem'.

Ubi scholiasta haec adnotat: ... ,quae Pythagoras praecepit, qui Y litteram ad modum vitae humanae figuravit. Quae in infantia vel initio monitione paedagogi et paterno metu insecta est. At postquam in adulescentiam venerit, dividitur. Et in sinistra parte rami velut vitia sunt, quae devexior facilem ad se praestat ascensum. Et altera est dextra, in qua virtutis opera celebrantur, arduum ac difficilem limitem pandens. Quem qui evaserint, quieta sede excipiuntur. Quas partes quisque ab anno sexto decimo obtinebat, in iis fuerat staturus'.

Sed dubium non est, quin littera Y iam ante Pythagorae tempora exstiterit. Nam inscriptiones iam saeculi a. Chr. n. octavi hanc litteram forma Y praebent [1]). Inventa igitur ab eo non est. At quamquam perpauca tantum constant de Pythagora eiusque discipulis, id fieri potuisse puto, ut Pythagoras ipse vel Pythagorei, quibus symbola tantopere placuisse constat, vitam humanam compararent cum Y atque ut illam in diversas partes abire docerent [2]).

Vere autem hoc factum esse ut putem, ipsa fabula Prodicea commoveor. Quae nulla alia re a Pythagoreorum doctrina qualis postea vigebat discrepat nisi quod ea, quae apud Pythagoreos de omnium adulescentium vita docentur, ad certum hominem transferuntur. Facilius autem fieri potuisse, ut generalis sententia ad unum hominem, qui omnium adulescentium instar esset, transferretur, quam

1) Cf. W. Larfeld, Handbuch der griech. Epigraphik II p. 393.

2) Dissertatione iam perfecta video nuperrime monumentum inventum esse, quod praebet et Y litteram et allegoriam vitae laboriosae et otiosae. Si plura audire vis, cf. A. Brinkmann mus. Rhen. LXVI (1911) p. 616—625.

ut ex unius Herculis electione doctrina illa Pythagorea de vitae divisione eliceretur, vix est quòd moneam.

Quae si vera sunt, ut omnia iam comprehendam, σύγκρισις, imago duarum viarum, doctrina illa Pythagorea fundamenta praebent, quibus Prodicus primus usus illam de Hercule in bivio fabulam composuit perelegantem. Neque enim puto — haec addere hic liceat — iam ante Prodicum fabulam de Hercule in bivio alicubi et nescio qua forma exstitisse. Nam epica carmina Ἡρακληίδες appellata, quae permulta memorantur (v. Arist. art. poet. 8 p. 1451 a 19 sqq.), nihil nisi Herculis labores narravisse e tota narrandi ratione, quae poematum epicorum propria est, colligi potest. Et ne tragoedias quidem Herculem in bivio praebuisse opinandum est, quia Hercules et in comoediis et in tragoediis semper fere comicam egit personam, donec Euripides Herculem furentem dedit [1]). Contra cur Prodicus sophista Herculem suum conscripserit, facile intellegi paulo ante explicatum est. Sophista enim doctrinas suas morales hominibus explicaturus adulescentem excipit Pythagoreum et quae de omnibus dicuntur in Herculis certam transfert personam. Ergo Prodicum primum fabulae auctorem si statuerimus, vix errabimns.

II. De Prodici fabula.

Fabula sophistae in Xenophontis Memor. II 1. 21—34 servata est. Quem ad locum nunc aggrediamur, ut quid de Prodico enucleari possit quaeramus. Socrates ibi ut Aristippum ab intemperantia plane liberet, postremum adhibet σύγγραμμα quoddam Prodici. Quod autem C. Ioel in libro suo, cui inscripsit Der echte und der xenophontische Sokrates, Socratem Xenophonteum non verum Socratem esse et Socratem fabulam ea forma, qualis est apud Xenophontem, afferre non potuisse (ibid. II p. 127) demonstrare studuit, etsi recte iudicasse mihi videtur,

1) Cf. U. de Wilamovitz-Moellendorff Herakles II p. 93 sqq.

tamen hic neglegi potest, quia non quae ratio inter Socratem Xenophontemque, sed quae inter Prodicum et eam narrationem, quae apud Xenophontem invenitur, sive Socratis est sive ipsius Xenophontis, intercedat, quaerimus. Itaque nihil interest, utrum Socratem fabulam narravisse ponamus necne.

Posteriores scriptores, qui Prodicum de Hercule in bivio scripsisse testantur, non multum valent, quia nullus ita rem narrat, ut cogamur putare eum e Prodico, non e Xenophontis libris notissimis hausisse [1]).

Solus nobis respiciendus est Plato, qui Prodicum laudationem Herculis composuisse tradit his verbis (Conviv. 177 B.): εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς, Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους καταλογάδην ξυγγράφειν, ὥσπερ ὁ βέλτιστος Πρόδικος. Estne ille ἔπαινος nostrum σύγγραμμα, e quo fabula fluxit? Quod pro certo quidem non affirmaverim, sed id apparet Prodicum sermone pedestri encomium in Herculem composuisse.

Fabulam nostram in encomio aliquo omnino legi non potuisse Ioel contendit, cum dicit (II p. 130): Ferner sagt Plato Symp. 177 B, daß Prodikos eine prosaische Lobrede auf Herakles verfaßt habe, aber eine Lobrede auf Herakles, wie man das Lob des Salzes oder des Eros kündet (vgl. Symp. ibid.), ist doch der Streit zweier Frauen um den noch tatenlos stumm dasitzenden Jüngling in den Memor. nicht zu nennen. Quod minime comprobo. Nam primum quidem fabulam illam, qua Hercules Virtutem eligit, cum laudatione aliquo modo cohaerere nemo negabit.

Sed aliud accedit. Iam nunc enim constat inter viros doctos duas formas laudationum apud Graecos exstitisse, quarum altera primum γένος φύσιν παιδείαν hominis de quo agunt laudat, dein ἔργα et ἀρετάς eius separatim

2) Nominandi sunt Cicero (de off. I 118), Philostratus (Vit. Soph. ed. Kayser II p. 3, ep. LXXIII p. 256 sq.), scholium ad Aristoph. Nubb. v. 361 (apud H. Dielsium: Die Fragmente der Vorsokratiker II² 1 p. 567).

celebrat, altera autem rem sic instituit, ut vitam hominis eius, qui laudatur, narret atque ἀρετάς et ἔργα narrationi immisceat [1]). Atque ea encomia, quibus ἀρεταί et ἔργα separatim tractantur, vetustiora et a Gorgia exculta esse videntur [2]).

Quae cum ita sint, quid de Prodici encomio iudicabimus, quod Platonis locus testatur? Cum Plato dicat et alios sophistas et βέλτιστον Πρόδικον encomia composuisse, non errabimus si, statuerimus Prodicum quoque librum suum forma Gorgianae laudationis conscripsisse. Quam sententiam rectam esse ea quoque re comprobatur, quod Plato ipse paulo post (p. 195 A sqq.) Agathonem Ἔρωτα laudantem facit eo schemate, quod Gorgiae proprium fuit [3]).

Quae si consideramus, mea quidem sententia nihil obstat, quominus fabulam illam in laudatione locum habuisse putemus. Cur enim non hunc in modum rem instituere potuit sophista? Primum de Herculis parentibus natura educatione dixit, dein priusquam viri adulti virtutes narraret, adulescentem duxit ad bivium et fabulam illam enarravit. Ubi autem Virtutem ducem sequi constituit Hercules, labores et virtutes eius enumerabantur et postremo fortasse quomodo laboribus peractis in coelum perveniret, describebatur [4]).

Optime ad rem intellegendam conferas, quomodo Silius Italicus, quem aperte Prodiceam de Hercule in bivio fabulam in Scipionem transtulisse (Pun. XV) videbimus [5]), fabulam narrationi inseruerit. Qui ubi de infantia Sci-

1) F. Leo, Die griechisch-römische Biographie p. 90 sqq., 207 sqq., 277 sq.; G. Fraustadt, Encomiorum . . . historia diss. Lips. 1909 p. 75 sqq.

2) Cf. G. Seyffert, De Xenophontis Agesilao diss. Gotting. 1909 p. 27 sqq.

3) Cf. Seyffertum l. c. p. 29 sqq.

4) Matridis Ἡρακλέους ἐγκώμιον ex Diodori bibl. (IV 9 sqq.) expromendum esse G. Fraustadt l. c. p. 94 sq. ostendit.

5) Cf. infra p. 34.

pionis dixit, antequam ad res ab adulescente gestas describendas accedit, duas mulieres Scipioni apparere fingit, quae eum sibi conciliare student.

Si recte argumentatus sum usque adhuc, fabula de Hercule in bivio, quam Xenophon reddit, pars tantum Prodici συγγράμματος vel encomii fuit. Quam sententiam Xenophontis ipsius verba non modo non refellunt, sed commendant. Legimus enim initio narrationis (21): καὶ Πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ Ἡρακλέους, ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται, ὡσαύτως περὶ τῆς ἀρετῆς ἀποφαίνεται. Unde facile intellegitur Prodici librum praeter fabulam περὶ ἀρετῆς i. e. praeter Herculem in bivio alias quoque res de Hercule narrare potuisse. Quod rectum esse ultima quoque verba (34) ostendunt: οὕτω πως διώκει Πρόδικος τὴν ὑπ' Ἀρετῆς Ἡρακλέους παίδευσιν, quibus ut concludamus adducimur Prodicum educationem Herculis fuse descripsisse, qua re ad finem perducta facile etiam reliquam eius vitae partem reddere poterat.

Porro etiam aliae res fulciunt sententiam prolatam Prodici librum formam encomii habuisse. Virtus enim Herculi dicit (27): καὶ ἐγὼ ἥκω πρὸς σέ, ὦ Ἡράκλεις, εἰδυῖα τοὺς γεννήσαντάς σε καὶ τὴν φύσιν τὴν σὴν ἐν τῇ παιδείᾳ καταμαθοῦσα. Quae verba si legis, γένος φύσιν παιδείαν quae memorantur encomii schema efficere statim intelleges, ut fabula de Hercule in bivio facile ad laudationis formam quadret. Quod comprobant etiam haec verba (34): οὕτω πως διώκει Πρόδικος τὴν ὑπ' Ἀρετῆς Ἡρακλέους παίδευσιν, unde apparet Prodicum tota illa narratione ostendere voluisse, quomodo Hercules educatus esset. Qui duo loci ad laudationis schema alludunt [1]).

Verisimile igitur est Platonis ἔπαινον et Xenophontis σύγγραμμα idem Prodici opus significasse, laudationem Herculis, quae tamen sic instituta fuisse videtur, ut Hercules perfecti hominis instar esset. Cuius laudationis pars erat fabula de Hercule in bivio.

---

1) Cf. infra p. 21.

Utrum autem Prodicus σύγγραμμα conscripsit an pronuntiare tantum solebat laudationem audientibus? Librum eum edidisse testes sunt et Xenophon, qui verbo σύγγραμμα utitur, et Plato, qui Prodicum ἔπαινον καταλογάδην ξυγγράφειν dicit. Sed sophistam hunc librum non solum conscripsisse, sed etiam recitavisse verba Xenophontis affirmant (21): ὅπερ δὴ καὶ πλέιστοις ἐπιδείκνυται [1]).

Sed dixerit quispiam Xenophontem λόγον Προδίκου finxisse [2]). Per se quidem res ita se habere potest, sed cur Prodicum inducere voluerit Xenophon, dici non potest. Praeterea verba Xenophontea ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται et Convivii Platonici locus contra faciunt et postulant flagitantque, ut Prodicus librum de Hercule conscripserit et recitaverit.

Praeterea videbimus apud Xenophontem nonnulla exstare vestigia, quae eum in fabula enarranda ab altero quodam pendere nobis persuadent [3]).

Omnino autem nihil est, quod Prodicus illam fabulam non composuisse putandus sit [4]).

Nunc ad alteram quaestionem nos convertamus perdifficilem, quis titulus fuerit Prodicei libri. Neque Xeno-

1) Prodicum ἐπιδείξεις recitavisse et Plato in Cratylo (p. 384 B; apud Dielsium l. c. p. 564) et auctor Axiochi (p. 366 B; apud Dielsium l. c. p. 572) testes sunt.

2) Sic Ioel l. c. p. 136 contendit.

3) Cf. infra p. 17 sqq.

4) Etiam Ioel l. c. p. 137 concedere coactus est: Prodikus muß eine Heraklesschrift verfaßt haben, weil sonst die ganze Tradition keinen Ansatz hatte und weil die späteren einen zu unserer Stelle kaum passenden Titel zitieren. Sed tum pergit: Es ist nun anzunehmen, daß unsere Fabel garnicht in dieser Schrift stand, daß aber in einem sokratischen Dialog der als Heraklesspezialist bekannte Prodikus auftrat, ein neues σύγγραμμα περὶ Ἡρακλέους ἐπιδεικνύμενος. Statuit igitur Ioel duo Prodici de Hercule scripta: primum quidem sophista ipse composuit, alterum in dialogo aliquo Socratico fictum et Prodico tributum est. Quae opinio caret omni firmo argumento. Qualis fuerit forma fabulae a Prodico conscriptae, omnino neglegit, immo duas fabulas ob eam tantum causam invenit, ut Antistheni fabulam fictam tribueret.

phon enim aut Plato neque reliqui, qui fabulam imitati sunt aut eius fecerunt mentionem, titulum illius operis tradunt. Sed servatus est titulus quidam a grammaticis. Legimus in scholio ad Aristophanis Nubb. vs. 361 (apud Dielsium l. c. p. 567): Φέρεται δὲ καὶ Προδίκου βιβλίον ἐπιγραφόμενον Ὧραι, ἐν ᾧ πεποίηκε τὸν Ἡρακλέα τῇ Ἀρετῇ καὶ Κακίᾳ συντυγχάνοντα καὶ καλούσης ἑκατέρας ἐπὶ τὰ ἤθη τὰ αὑτῆς, προσκλῖναι τῇ Ἀρετῇ τὸν Ἡρακλέα καὶ τοὺς ἐκείνης ἱδρῶτας προκρῖναι τῶν προσκαίρων τῆς Κακίας ἡδονῶν. Hunc autem titulum non magis ab ipso Prodico additum esse quam a grammaticis posterioribus H. Diels opinatur, cum adnotat (l. c. p. 567 adn.): Der Titel erinnert an Ἡροδότου Μοῦσαι, Φιλολάου Βάκχαι, Δημοκρίτου Ἀμαλθείης κέρας, von denen der erste sicher alexandrinische Fiktion ist.

Priusquam alias res afferam ad rem enodandam, quaeram, quid significet titulus Ὧραι et quid sibi velit. Multi viri docti titulum interpretari studuerunt, sed mihi non persuadent [1]).

1) Cf. Fr. G. Welcker, Kleine Schriften II p. 466 sqq. — Welcker ipse (ibid.) ὥρας adulescentiam significare censet, sed incredibile videtur, quod vox ὧραι per se sola posita haud bene intellegitur. Desideramus enim Ἡρακλέους ὧραι vel talia. Neque statim cum Welckero opinari debemus titulum integrum a grammaticis servatum non esse. Sed ut id concedamus, tamen offendit numerus pluralis. Nam iis locis, quibus ὥρα adulescentia est, semper singularis invenitur, ut Aesch. Sept. 535, Suppl. 997, Herodot. VI 61.

Ioel l. c. ὥρας anni tempora esse vult, quia in Prodici libro de agricultura actum esse putat. Quae opinio nititur versibus Hesiodeis, quos Xenophon ante fabulam ipsam (20) tradit. Rem ita se habuisse putat, ut Prodicus de agricultura tractaturus ex Hesiodi libro agrario illos versus sumeret atque ut exemplum alicuius rei Herculem in bivio componeret. Sed nemini persuadebit. Primum enim Hesiodei versus nihil de agricultura referunt, sed labores laudant generaliter. Accedit quod Xenophon versus non in fabulae ipsius tenore praebet. Quapropter quamquam fabula in iis posita est, tamen Prodicus fabulam sine versibus dedisse videtur. Nam non erat, quod Xenophon versus a fabula separaret, si Prodicus eos in fabula ipsa tradiderat. Omnino autem nec apud Platonem (Conv. 177 B) nec apud posteriores imitatores quicquam de rebus agrariis legitur.

Solus Boettiger[1]) et multo post Diels (l. c. p. 567 adn.) Horas deas esse recte statuerunt. Quam interpretationem probo, cum mea quidem sententia Prodiceus liber praebuerit encomium in Herculem.

Constat enim Horas, quae initio tempestatibus providere ac perpetua vice anni tempora adducere putabantur[2]), paulatim deas esse factas, quae perpetua vice fortunas hominum adducerent iisque providerent. Praecipue autem tribus humanae vitae temporibus munere fungi solent, cum homo nascitur, cum matrimonium init, cum moritur. Atque ubi tempus pariendi adest mulieribus, infantem e matris utero in lucem producunt. Liceat afferre versus Nonni (16. 399 sq):

τελειομένης δὲ λοχείης
θῆλυν ἐμαιώσαντο τόκον ζωθάλπεες Ὧραι.

Quapropter λεχωΐδες vel μαίαδες appellantur velut Nonn. 3. 381; 48. 801.

Porro lectum parant nuptialem velut Iovi et Europae in Creta (v. Mosch. II 164), Iovi et Semelae Thebis (v. Nonn. 8. 5) Saepissime quoque eas nuptiis adesse memoratur velut Dionysi et Ariadnae, Cupidinis et Psychae, Pelei et Thetidis. Postremum mortuis Horae consulunt. Sed pauca tantum exstant de munere, quo Horae in morte funguntur, quia deae lucis sunt. De ea re dicit Rapp[3]): Von einer Beziehung der Horen zum Tode des Menschen finden sich nur Andeutungen. Eine solche liegt in der Erklärung Hesych. ὡρᾶια· νεκύσια zu Eur. Suppl. 175: ὡραίων τυχεῖν als euphemistischer Ausdruck für Totenopfer, Bestattung „das für den Toten Zeitgemäße", was ja die Horen bringen.

Quae cum ita sint, hic quoque, ubi de libro, qui Herculis vitam continet, agitur, Horae aptissime pro deabus

---

1) Hercules in bivio 1829 p. 19 sqq. — Sed Boettiger iam Prodicum titulum Ὧραι addidisse opinatur.

2) V. Homeri Od. X 469, XIX 152; Theocriti c. XV 103 sqq.

3) Roscher, Ausführliches Lexikon der griech. und röm. Mythologie I, 2, p. 2739.

habendae sunt. Veri simile quidem non videtur Horas in Prodici libro Herculem per totam vitam comitatas esse; attamen etiamsi Horae non memorabantur, grammatici apte illud σύγγραμμα titulo Ὧραι insripserunt, quia omnes non ignorabant, quomodo Horae hominibus consulerent. Quod facile fieri potuisse intelleges, ubi Herodoti historiam Μοῦσαι inscriptam esse memineris, quamquam de Musis ibi nihil agitur.

At obstat, quod libro, quo de solo Hercule narrabatur, titulus Ὧραι aptus esse non videtur. Quam difficultatem ita solvendam esse puto, ut statuam in illo opere, quod Alexandrini Ὧραι inscripserunt, non Herculis solius laudationem fuisse, sed alias quoque narrationes vel disputationes, quibus ostenderetur, quomodo singulis aetatis temporibus homo vivere deberet. Alexandrini igitur compluria — fortasse fuerunt tria, cf. Ἡροδότου Μοῦσαι — Prodici scripta in unum redegerunt corpus, cui inscribebatur Ὧραι [1]). Quam sententiam si sequimur, difficultates, quas titulus praebet, facile solvuntur.

III. De Xenophonte Prodici imitatore.

Quodsi Prodicus fabulam litteris mandavit, quae ratio inter fabulam quae fuit in Prodici libro atque eam a Xenophonte nobis traditam intercedit? Ne verba verbis reddidisse Xenophontem putemus, primum Xenophontis ipsius verba obstant: ὧδέ πως λέγων, ὅσα ἐγὼ μέμνημαι (21), οὕτω πως διώκει Πρόδικος τὴν ὑπ' Ἀρετῆς Ἡρακλέους παίδευσιν· ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειοτέροις ῥήμασιν ἢ ἐγὼ νῦν (34).

Aliud quoque officit. Cum Prodici fabula fuerit notissima, fieri non potest, ut Xenophontem in dialogo aliquo

---

1) Boettiger l. c. p. 22 tres Prodici libros ab Horis nominatos esse statuit, sed omnes de Hercule tractavisse opinatur, qua in re, ut ipse concedit, ‚certis testimoniis‘ non nititur. Boettigero non accedam, quod nusquam Prodicum tres libros de Hercule scripsisse traditur.

Socratem fabulam ad verbum referentem induxisse putemus. Cum enim omnes, qui Xenophontis libros legebant, eam nossent, quid erat, cur Xenophon illam referret?

Ergo restat, ut Xenophontem fabulam variasse ponamus. Quod facere vel eam ob rem coactus erat (etiamsi fabula Prodici in manibus erat), ut Socrati narratio tribui posset. Quapropter vocabula illa ὧδέ πως, οὕτω πως, alia inseruit. Quo facto primum se fabulam non integram reddere ostendit, sed una nobis opinionem suppeditat Socratem fabulam, qualem ipse proferat, rettulisse. — Omnino fabulae Prodiceae, quam dialecto Ionica scriptam fuisse veri simile est, genus dicendi mutare debebat Xenophon, qui Attico utebatur sermone.

Sed non solum mutare coactus erat, sed suo consilio et arbitrio Prodiceam fabulam variavit. Atque dicit Philostratus (epist. LXXIII p. 256 K): ὁ τοῦ Γρύλλου φιλοτιμεῖται πρὸς τὸν τοῦ Προδίκου Ἡρακλέα. Ut a dicendi ratione, de qua infra (p. 27 sqq.) uberius mihi agendum erit, discedam, suas sententias de vita instituenda in Prodici librum intulit. Quae cum ita sint, facile etiam intellegitur, qua re adductus Xenophon longam Prodici fabulam operi suo inseruerit.

Quibus praemissis Xenophon ipse accuratius examinandus est, ut videamus, num quae vestigia exstent, quae Xenophontem imitatoris partes hic agere declarent. Ut incipiamus a duabus mulieribus, Hesiodus Ἀρετήν et Κακότητα, Xenophon Ἀρετήν et Κακίαν inducit. Unde etiam Prodicus Virtutem et Vitiositatem feminas induxisse putandus est. Si enim Xenophon dearum nomina mutare voluisset, pro Vitiositate potius Voluptatem substituisset, quia in libris suis maxime eam impugnat. Prodicum tamen potius Ionica forma κακότης[1]) quam Attica κακία usum esse consentaneum est.

Xenophon fingit duas illas mulieres Herculi, qui in solitudinem exiit, visione quadam apparere, cum dicit (21):

1) cf. Herodot. II 128, III, 80.

καὶ φανῆναι αὐτῷ δύο γυναῖκας προσιέναι μεγάλας. Non igitur Herculem pedibus suis venisse in locum, ubi via diffinditur, et duas feminas duabus viis ei obviam isse fingit. Sed adulescens ubi εἰς ἡσυχίαν exiit, considit visioque ei contingit. Quod memoria teneamus! Iam Prodicum visionem praebuisse veri simile est. Der Sophist hat das Bedürfnis, das Auftreten der Ἀρετή und Κακία durch eine Vision des Herakles zu motivieren, und eröffnet damit zugleich einen Blick in die leidenschaftliche Erregung der von widerstreitenden Neigungen gequälten Jünglingsseele (O. Hense l. c. p. 17).

Tum Xenophon ea re imprimis ab Hesiodo discrepat, quod non in monte sedentes mulieres praebet, sed bivium illud in planitie exstare fingit[1]). Qua in re eum Prodici vestigia pressisse putaverim, cum non esset, quod Xenophon rem mutaret.

Mulieribus duabus descriptis Vitiositatem, quae certamine vincetur, priorem inducit loquentem. Qua de re adnotat Hense (p. 16): Es ist eine durch das Gesetz der Steigerung bedingte Gewohnheit, daß in einem Redekampfe der voraussichtlich unterliegende Teil zuerst das Wort ergriff. Dieses wie in den Agonen der Aristophanischen Komödie, so auch von den Späteren in der Regel beobachtete Verfahren findet sich auch bei Prodikos. Hic quoque quin Xenophon Prodici vestigia secutus sit, vix dubitari potest.

Nunc quatenus Xenophon in imagine duarum viarum adhibita Prodicum imitatus sit, quaeramus! Vitiositas dicit Herculi in prima oratione (23): τὴν ἡδίστην τε καὶ ῥάστην ὁδὸν ἄξω σε et in altera oratione (29): ἐννοεῖς, ὦ Ἡράκλεις, ὡς χαλεπὴν καὶ μακρὰν ὁδὸν ἐπὶ τὰς εὐφροσύνας ἡ γυνή σοι αὕτη (sc. Virtus) διηγεῖται; ἐγὼ δὲ ῥᾳδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε. His duobus locis Virtus et Vitiositas Herculem ducunt ad εὐφροσύνας vel ad εὐδαιμονίαν, quae in fine sunt utriusque viae.

---

1) Cf. G. Capelle, De cynicorum epistulis diss. Gotting. 1896, p. 31.

Contra aliter res se habet in paragrapho 27, ubi Virtus adulescenti dicit: εἰ τὴν πρὸς ἐμὲ ὁδὸν τράποιο. Hic Virtus ipsa finis viae est. Facile videmus Xenophontem duas viarum imagines permiscuisse, quarum altera (27) Hesiodi propria est, qui vias ad Virtutem Vitiositatemque ducere fingit. Altera ab Hesiodo differt neque dubitabimus, quin Xenophon eam Prodico debeat. Prodicus igitur narravit Virtutem altera via Herculem ducturam esse ad beatitudinem, Vitiositatem autem altera via ad perniciem. Xenophon Prodiceam recepit mutationem, sed nonnunquam Hesiodea immiscuit[1]).

Porro in paragrapho 24 Prodici vestigia eum premere agnoscimus, ubi quattuor genera voluptatum discernuntur: σκοπούμενος διάξεις[2]) τί ἂν κεχαρισμένον ἢ σιτίον ἢ ποτὸν εὕροις, ἢ τί ἂν ἰδὼν ἢ ἀκούσας τερφθείης, ἢ τίνων ἂν ὀσφραινόμενος ἢ ἁπτόμενος ἡσθείης, τίσι δὲ παιδικοῖς ὁμιλῶν μάλιστ' ἂν εὐφρανθείης. Prodicum τῆς ἡδονῆς synonyma distinxisse praeter Xenophontem testes sunt Plato (Protag. 337 C; apud Dielsium l. c. p. 565): εὐφραίνεσθαι μὲν γάρ ἐστιν μανθάνοντά τι καὶ φρονήσεως μεταλαμβάνοντα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ, ἥδεσθαι δὲ ἐσθίοντά τι ἢ ἄλλο ἡδὺ πάσχοντα αὐτῷ τῷ σώμματι et Aristoteles (top. B 6. 112 b; apud Dielsium l. c. p. 566): . . . Πρόδικος διῃρεῖτο τὰς ἡδονὰς εἰς χαρὰν καὶ τέρψιν καὶ εὐφροσύνην· ταῦτα γὰρ πάντα τοῦ αὐτοῦ, τῆς ἡδονῆς, ὀνόματά ἐστιν.

Quos testes si perlustramus, facile est ad animadvertendum non easdem distinctiones a Platone et Aristotele Prodico tribui, quas apud Xenophontem invenimus. Atque Xenophontem hic Prodici distinctiones fideliter servasse ita non putaverim, ut Ioel mihi recte iudicasse videatur, cum dicit II 132: Für Prodikos charakteristisch ist nicht der Gebrauch, sondern die Unterscheidung der Synonyma und hier (sc. Memor. II 1. 24) läßt sich nicht einmal ein

1) Unde discrepantia orta videtur Xenophontem in 26 Κακίαν et Εὐδαιμονίαν easdem esse personas velle, cum in 29 Κακία dux et Εὐδαιμονία finis viae sit.

2) Legam cum J. Hartmano (Anal. Xenoph. p. 162) διάξεις pro διέσει.

im Sinne der Unterscheidung prononcierter Gebrauch nachweisen, geschweige daß jene Gegenüberstellung eines Positiven und Negativen (‚Disput‘ und ‚nicht Streit‘, ‚geschätzt‘ ‚nicht gelobt‘ u. dgl.) oder gar dahinter jene die Gegenüberstellung definitorisch begründenden Sätze auftreten, wie in der Probe, die Plato vom Stil des Prodikos gibt.

Attamen etiamsi recte iudicavit, multo maioris momenti est, quod omnino Xenophon in fabula Prodici enarranda voluptatis synonyma praebuit. Nam ipse discrepantiam voluptatum adeo non curat, ut non solum in reliquis libris verbis, de quibus agitur, promiscue utatur[1]), sed etiam in hoc ipso capite χαίρειν modo de gustu (24), modo de auditu (33) usurpet. Qua re ultro in eam deducimur opinionem, ut ponamus non de suo Xenophontem voluptatis genera hic distinxisse, sed exemplo quodam scilicet Prodici libro, ut hoc faceret, adductum esse. Xenophon igitur, ut omnia comprehendamus, synonyma apud Prodicum invenisse, sed secundum suum linguae Graecae sensum mutavisse putandus est.

Tum Prodici vestigia deprehendimus in 27, ubi Virtus dicit se Herculem non decepturam esse προοιμίοις ἡδονῆς. Quid haec verba sibi volunt? προοίμια sunt ea, quae πρὸ

1) De omnibus sensibus ἥδεσθαι usurpatur Hier. I 4. De gustu dicitur χαίρειν Memor. II 1. 24, ἥδεσθαι Hier. I 20, εὐφραίνεσθαι I 16, χαρίζεσθαι Cyr. IV 2. 39. Ad visum et auditum spectat τέρπεσθαι Memor. II 1. 24, Conv. IV 22, εὐφραίνειν ibid. et Hier. I 15, ἥδεσθαι Oec. III 9. Ad odorem et tactum refertur ἥδεσθαι Memor. II 1. 24, χαίρειν (vel ἀχάριστος) Hier. I 24. Denique de Veneris voluptatibus dicitur εὐφραίνεσθαι Memor. II 1. 24, ἥδεσθαι Hier. I 30, 36.

Iam addam τέρπεσθαι etiam a stoicis ad visum auditumque referri. Cf. ab Arnim Stoic. vet. fragm. II 401: τέρψις δὲ ἡδονὴ δι’ ὄψεως ἢ δι’ ἀκοῆς. Tum Alexander adnotat ad Arist. top. l. c. (apud Dielsium l. c. p. 566): Πρόδικος δὲ ἐπειρᾶτο ἑκάστῳ τῶν ὀνομάτων τούτων ἴδιόν τι σημαινόμενον ὑποτάσσειν ὥσπερ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, χαρὰν μὲν λέγοντες εὔλογον ἔπαρσιν, ἡδονὴν δὲ ἄλογον ἔπαρσιν, τέρψιν δὲ τὴν δι’ ὤτων ἡδονήν, εὐφροσύνην δὲ τὴν διὰ λόγων· νομοθετούντων δέ ἐστι τοῦτο, ἀλλ’ οὐδὲν ὑγιὲς λεγόντων.

τοῦ οἴμου vel initio viae inveniuntur. Vitiositas igitur Herculi voluptates ostendit, quae initio quidem amoenae iucundaeque videntur. Ubi autem paulo ulterius progressus est, apparet quam periculosae sint.

Hanc explicationem vocis quae est προοίμιον comprobant verba Xenophontei Oeconomici (I 20): καὶ ἄλλαι δ'εἰσὶν ἀπατηλαί τινες δέσποιναι προσποιούμεναι ἡδοναὶ εἶναι, κυβεῖαί τε καὶ ἀνωφελεῖς ἀνθρώπων ὁμιλίαι, αἳ προιόντος τοῦ χρόνου καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐξαπατηθεῖσι καταφανεῖς γίγνονται ὅτι λῦπαι ἄρα ἦσαν ἡδοναῖς περιπεπεμμέναι. Subest igitur lusus verborum, cum verbum προοίμιον ob eam rem usurpatum sit, ut alludatur ad οἶμον nimirum viam, quam Hercules ingressurus est. At Xenophontem ipsum hunc lusum excogitasse credere non possumus, quia apud eum lusus ille parum perspicuus est. Itaque concludere debemus eum verbum προοίμιον ab alio auctore, Prodico, transtulisse, quamquam alterum verbum οἶμος ut parum in cotidiano sermone usitatum omittere deberet. Prodicum autem ut erat verborum notionis curiosus huius lusus causa Hesiodi verbum οἶμος retinuisse facile credimus.

Accedit, quod in fabula qualem Xenophon tradit aliquot laudationis vestigia occurrunt[1]). Virtus de Herculis genere dicit (27): καὶ ἐγὼ ἥκω πρὸς σέ, ὦ Ἡράκλεις, εἰδυῖα τοὺς γεννήσαντάς σε καὶ τὴν φύσιν τὴν σὴν ἐν τῇ παιδείᾳ καταμαθοῦσα[2]). Dein ἡ ἀνακεφαλαίωσις, quae saepe adhibetur in laudationibus[3]), invenitur in 33:

φίλοι μὲν θεοῖς ὄντες
ἀγαπητοὶ δὲ φίλοις
τίμιοι δὲ πατρίσιν.

Sequentia quoque verba τόπος sunt, qui encomiorum

---

1) Pauca iam p. 12 attuli.

2) Ioel, qui Xenophontem omnibus in rebus ab Antisthene pendere vult, τὴν εὐγένειαν quoque cynicos magni aestimavisse autumat, quamquam multa sunt testimonia, quibus id credere vetemur. Cf. H. Gomperz, Archiv f. Gesch. d. Philos. 1906, p. 261 sq. Contra Xenophon genus eruditionemque persaepe laudat velut Cyr. I 1. 6, VII 2. 24.

3) Talia congessit Seyffert l. c. p. 35 sqq.

proprius est[1]): ὅταν δ' ἔλθῃ τὸ πεπρωμένον τέλος, οὐ μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται, ἀλλὰ μετὰ μνήμης τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι. Quo modo apte oratio Virtutis concluditur. Qui tres loci ad laudationis schema nos revocant. Xenophontem autem illis locis Prodici vestigia pressisse, etsi demonstrari non potest, tamen veri simile videtur.

Quoniam vidimus quatenus Xenophon in fabula enarranda Prodicum secutus sit, nunc haud pauca Xenophontis ipsius propria esse ostendamus ac primum quomodo duae feminae depingantur, examinemus.

Ἀρετή (22)	Κακία (ibid.)
τὴν μὲν ἑτέραν εὐπρεπῆ τε ἰδεῖν καὶ ἐλευθέριον φύσει, κεκοσμημένην τὸ μὲν χρῶμα καθαρότητι, τὰ δὲ ὄμματα αἰδοῖ, τὸ δὲ σχῆμα σωφροσύνῃ, ἐσθῆτι δὲ λευκῇ.	τὴν δ' ἑτέραν τεθραμμένην μὲν εἰς πολυσαρκίαν τε καὶ ἁπαλότητά, κεκαλλωπισμένην δὲ τὸ μὲν χρῶμα ὥστε λευκοτέραν τε καὶ ἐρυθροτέραν τοῦ ὄντος δοκεῖν φαίνεσθαι, τὸ δὲ σχῆμα ὥστε δοκεῖν ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι, τὰ δὲ ὄμματα ἔχειν ἀναπεπταμένα, ἐσθῆτα δὲ ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ἡ ὥρα διαλάμποι.

Hoc autem praemissum volo ordinem singula describendi eundem esse apud mulieres praeter quod habitus Vitiositatis prius memoratur quam eius oculi. Quod ea re factum est, quia verba ad habitum spectantia eodem modo constructa sunt atque antecedentia, quae de colore dicta sunt.

---

1) Cf. Seyffertum p. 38 sqq. — Xenophontem hic locum communem praebere ea re quoque fortasse comprobatur, quod in enuntiato insequenti illud τοιαῦτα ad nihil quod praecedit referri potest. Lacuna igitur exstare videtur in sententiarum conexu. Sed eam constituere opus non est. Rem enim ita explicamus, ut Xenophontem, postquam τόπον illum, quem Prodico fortasse debet, scripsit, ad sua reddenda redire dicamus.

Xenophon saepe in libris suis docet et quo ut homo εὐπρεπὴς sit efficiatur, et quapropter in πολυσαρκίαν et ἁπαλότητα incidat. Sic narrat de Persis Cyr. V 2. 17: κἀκεῖνοι ἐν τῷ σίτῳ οἴονται δεῖν φρόνιμοι καὶ μέτριοι φαίνεσθαι· τὸ δὲ κεκινῆσθαι ὑπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῆς πόσεως πάνυ αὐτοῖς ὑϊκὸν καὶ θηριῶδες δοκεῖ εἶναι. Neque vero abs re esse videtur afferre, quomodo Lycurgum Lacedaemonios educasse Xenophon praedicet Reip. Lac. V 8: καταμαθών γε μὴν ὁ Λυκοῦργος καὶ ὅτι ἀπὸ τῶν σίτων οἱ μὲν διαπονούμενοι εὔχροοί τε καὶ εὔσαρκοι καὶ εὔρωστοί εἰσιν, οἱ δ' ἄπονοι πεφυσημένοι τε καὶ αἰσχροὶ καὶ ἀσθενεῖς ἀναφαίνονται, οὐδὲ τούτου ἠμέλησεν ....

Cum verbis quae colorem mulierum describunt optime confertur Oec. X 2: ἐγὼ τοίνυν ... ἰδών ποτε αὐτὴν ... ἐντετριμμένην πολλῷ μὲν ψιμυθίῳ, ὅπως λευκοτέρα ἔτι δοκοίη εἶναι ἢ ἦν, πολλῇ δ' ἐγχούσῃ, ὅπως ἐρυθροτέρα φαίνοιτο τῆς ἀληθείας et Cyr. VIII 1. 41: καὶ ἐντρίβεσθαι ὡς εὐχροώτεροι ὁρῷντο ἢ πεφύκασιν. Atque Xenophon his duobus locis sententias e Memor. loco deprompsit, quia illi libri post Memorabilia scripti sunt [1]).

Tales igitur sententiae Xenophonti domi nascebantur. Nec tamen inde multum colligam. Nam eas fuisse locum communem, qui iam ante Xenophontem usurpatus est, cum alii tum Platonis Gorgias testis est (456 B): τῇ μὲν οὖν ἰατρικῇ ... ἡ ὀψοποιικὴ κολακεία ὑπόκειται· τῇ δὲ γυμναστικῇ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον ἡ κομμωτική, κακοῦργός τε καὶ ἀπατηλὴ καὶ ἀγεννὴς καὶ ἀνελεύθερος, σχήμασιν καὶ χρώμασιν καὶ λειότητι καὶ ἐσθῆσιν ἀπατῶσα, ὥστε ποιεῖν ἀλλότριον κάλλος ἐφελκομένους τοῦ οἰκείου τοῦ διὰ τῆς γυμναστικῆς ἀμελεῖν [2]).

Etiam in habitu feminarum descripto ad comparandum advoces Oec. X 2: ὑποδήματα δ' ἔχουσαν ὑψηλά, ὅπως μείζων δοκοίη εἶναι ἢ ἐπεφύκει et Cyr. VIII 1. 41: καὶ γὰρ

1) Cf. G. Christ-Schmid, Geschichte der griech. Literatur 1908, p. 482 sq. 490 adn. 3.

2) Cf. M. Pohlenz in: Χάριτες Fr. Leo zum 60. Geburtstag dargebracht, p. 88.

τὰ ὑποδήματα τοιαῦτα ἔχουσιν ἐν οἷς μάλιστα λαθεῖν ἔστι καὶ ὑποτιθεμένους τι, ὥστε δοκεῖν μείζους εἶναι ἢ εἰσί.

Ut agnoscas quantopere Xenophon verecundiam oculorum premat, quod Reip. Lac. III 4 legitur, afferam: πρὸς δὲ τούτοις τὸ αἰδεῖσθαι ἰσχυρῶς ἐμφυσιῶσαι βουλόμενος (Lycurgus) αὐτοῖς καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐπέταξεν ἐντὸς μὲν τοῦ ἱματίου τὼ χεῖρε ἔχειν, σιγῇ δὲ πορεύεσθαι, περιβλέπειν δὲ μηδαμοῖ, ἀλλ' αὐτὰ τὰ πρὸ τῶν ποδῶν ὁρᾶν.

In Vitiositate describunda significat Xenophon vestem, quae postea Coa vocabatur, pellucidam neque quicquam corporis celantem [1]).

Vidimus igitur sententias illas, quibus mulieres depinguntur, minime alienas esse a Xenophonte.

Aliud animadvertamus! Verba, quae Xenophon Virtutem loquentem facit (28): τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας οἱ θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις ad Hesiodi versus supra tractatos referuntur atque in primis versum: τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν rectum esse demonstratur exemplis allatis. Sunt autem octo, quorum quattuor priora ad deos amicos civitatem Graeciam spectant, quattuor insequentia de agricultura re pecuaria bello homine ipso agunt. Ioel recte iudicat II 367: Xenophons ganzer Idealkreis ist mit diesen acht Zeilen der Ἀρετή merkwürdig getroffen und völlig erschöpft, während in ihr der gesamte sokratische Interessenkreis fehlt. Fortasse iam Prodicus nonnulla scripsit exempla, sed tota disponendi ratio Xenophontea videtur. Simillimum enim nostri locum invenis Oec. XI 8, qui dignus est qui cum hoc capite comparetur.

Memor. II 1. 24:	Oec. XI 8:
τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας οἱ θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις, ἀλλ' εἴτε τοὺς θεοὺς ἵλεως εἶναί σοι βούλει, θεραπευ-	οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις ἄνευ μὲν τοῦ γιγνώσκειν τε ἃ δεῖ ποιεῖν καὶ ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ταῦτα περαίνηται οὐ θεμιτὸν ἐποίησαν εὖ πράττειν, φρονίμοις

1) V. Propert. eleg. I 2. 1 sqq. et M. Pohlenz l. c.

τέον τοὺς θεούς, εἴτε ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους εὐεργετητέον, εἴτε ὑπό τινος πόλεως ἐπιθυμεῖς τιμᾶσθαι, τὴν πόλιν ὠφελητέον, εἴτε ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος πάσης ἀξιοῖς ἐπ' ἀρετῇ θαυμάζεσθαι, τὴν Ἑλλάδα πειρατέον εὖ ποιεῖν, εἴτε γῆν βούλει σοι καρποὺς ἀφθόνους φέρειν, τὴν γῆν θεραπευτέον, εἴτε ἀπὸ βοσκημάτων οἴει δεῖν πλουτίζεσθαι, τῶν βοσκημάτων ἐπιμελητέον, εἴτε διὰ πολέμου ὁρμᾷς αὔξεσθαι καὶ βούλει δύνασθαι . . . . ., τὰς πολεμικὰς τέχνας . . . . μαθητέον καὶ ὅπως αὐταῖς δεῖ χρῆσθαι ἀσκητέον· εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι βούλει δυνατὸς εἶναι, τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν ἐθιστέον τὸ σῶμα καὶ γυμναστέον σὺν πόνοις καὶ ἱδρῶτι.

δ' οὖσι καὶ ἐπιμελέσι τοῖς μὲν διδόασιν εὐδαιμονεῖν, τοῖς δ' οὔ, οὕτω δὴ ἐγὼ ἄρχομαι μὲν τοὺς θεοὺς θεραπεύων, πειρῶμαι δὲ ποιεῖν ὡς ἂν θέμις ᾖ μοι εὐχομένῳ καὶ ὑγιείας τυγχάνειν καὶ ῥώμης σώματος καὶ τιμῆς ἐν πόλει καὶ εὐνοίας ἐν φίλοις καὶ ἐν πολέμῳ καλῆς σωτηρίας καὶ πλούτου καλῶς αὐξανομένου.

Eaedem sententiae utroque loco exstant nisi quod Xenophon in Oec. bis duo exempla in unum contraxit.

Ad alia accedamus! De sententiis paragraphorum 32. 33 dicit Ioel II 538: Es ist also keine Frage, daß in dem Junker, Offizier und Landwirt Xenophon der Pietäts- und Anciennitätssinn sehr stark ausgeprägt war, aber es ist auch keine Frage, daß er sich mit diesen Gefühlen in den Idealen des Antisthenes wiederfand, der die Feudalstaaten des Lykurgos und Kyros gepriesen. Quorum verborum priorem quidem partem comprobo, alteram minime. Nam primum Xenophon ex se ipso satis intellegitur, quapropter eum Antisthenis exemplum imitari ponere supervacaneum est. Dein autem Antisthenem de

illis rebus plane aliter iudicasse H. Gomperz l. c. p. 261 sq. constituit[1]).

Restat, ut de nonnullis sententiis dicamus, quae Xenophon neque ex Prodici libro deprompsisse neque de suo dedisse videtur. Altera Virtutis oratione (30) singulae voluptates, quas Vitiositas enumeravit, refelluntur. Quidquid enim vere ἡδύ est — Virtus inquit —, sine laboribus effici non potest. Quam vivendi rationem non Prodiceam, sed vere Xenophonteam puto, quia talia praecepta perplurima sparsa sunt per omnes Xenophontis libros[2]).

Nec tamen negaverim eum has paragraphi 30 sententias aliunde hausisse. Nam aliquanti momenti videtur, quod Xenophon Antisthenem tales doctrinas explicantem induxit (Conviv. IV 41): καὶ γὰρ ὅταν ἡδυπαθῆσαι βουληθῶ, οὐκ ἐκ τῆς ἀγορᾶς τὰ τίμια ὠνοῦμαι, πολυτελῆ γὰρ γίγνεται, ἀλλ' ἐκ τῆς ψυχῆς ταμιεύομαι. καὶ πολὺ πλεῖον διαφέρει πρὸς ἡδονὴν, ὅταν ἀναμείνας τὸ δεηθῆναι προσφέρωμαι ἢ ὅταν τινὶ τῶν τιμίων χρῶμαι, ὥσπερ καὶ νῦν τῷδε τῷ Θασίῳ οἴνῳ ἐντυχὼν οὐ διψῶν πίνω αὐτόν.

Paragrapho quoque proxima Xenophon non sua reddere, sed ab alio quodam pendere videtur. Vitiositas enim — sic Virtus dicit — ab omnibus bonis despicitur et praeterea aliud quoque ei accidit: τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου σεαυτῆς, ἀνήκοος εἶ. Quem locum comparemus cum Hier. I 14, ubi de tyranno dicitur: τοῦ μὲν ἡδίστου ἀκροάματος ἐπαίνου οὔποτε σπανίζετε, et cum scholio

---

1) Liceat afferre Diogenem Laertem: καὶ αὐτὸς (sc. Antisthenes) δὲ τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ τῷ γηγενεῖς εἶναι σεμνυομένους ἐκφαυλίζων ἔλεγε μηδὲν εἶναι κοχλιῶν καὶ ἀττελέβων εὐγενεστέρους (VI 1. 1) et: ὀνειδιζόμενός ποτε ὡς οὐκ εἴη ἐκ δύο ἐλευθέρων ‚οὐδὲ γὰρ ἐκ δύο' ἔφη ‚παλαιστικῶν, ἀλλὰ παλαιστικός εἰμι' (ibid. 4). — Quid Antisthenes de legibus et civitate iudicaverit, declarant verba: καὶ τὸν σοφὸν οὐ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους πολιτεύεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς γαμήσειν τε τεκνοποιίας χάριν, ταῖς εὐφυεστάταις συνιόντα γυναιξίν (ibid. 11).

2) Si vis exempla, v. Ioelum p. 440.

apud Porphyr. ad Hor. sat. II 2. 94: hoc Antisthenes dixisse fertur: is enim cum vidisset adolescentem luxuriosum acroamatibus deditum, ait: miserum te, adolescens, qui nunquam audivisti summum acroama id est laudem tuam.

Qui tres loci arte cohaerent. Ioel, cui H. Gomperz adstipulatur (l. c. p. 261), Xenophontem hic librum quendam contra τρυφήν scriptum (fortasse ab Antisthene) secutum esse censet (l. c. II 519). Quam sententiam comprobo atque idem de paragrapho 30 iudico[1]). Prodico doctrinas harum paragraphorum (30. 31) tribui non posse extra omnem controversiam positum mihi esse videtur.

Atque facile intellegis, qua re commotus Xenophon fabulae Prodiceae et suas et aliorum sententias addiderit. Xenophontis enim permagni intererat praecepta sua moralia, secundum quae homo vivere debet, lectoribus tradere, et omnino totam Prodici fabulam reddit, ut ostendat quomodo Aristippus educatus sit. Ut autem praecepta illius philosophi, a quo cyrenaici originem ducunt, falsa esse doceat, et suas de ratione recte vivendi doctrinas profert et alios quoque praecipue Antisthenem in testimonium vocat, etiamsi eius nomen afferre non potest.

Quoniam sententias fabulae examinavi, nunc de ratione dicendi, qua Xenophon utitur, agam necesse est. Fabulam si accuratius inspexeris, Xenophontem omnes artes rhetoricas adhibuisse statim concedes. Ut exempla[2]) apponam, ὁμοιοτέλευτα exstant

22: καὶ φανῆναι
αὐτῷ δύο γυναῖκας
προσιέναι
μεγάλας,

---

1) Ioel (p. 448) eam confert cum Dionis oratione VI 8—20 (ab Arnim) et demonstrare studet Dionem quoque e cynico fonte hausisse, cum alii Dionem Xenophontis sectatorem esse censeant. Cf. Wegehaupt, De Dione Xenophontis sectatore diss. Gotting. 1896.

2) Talia congessit Seyffert l. c. p. 43, nonnulla addidi.

30: πάντα μηχανωμένη,
καὶ γυναιξὶ τοῖς ἀνδράσι χρωμένη,
32: ἀγαπητὴ μὲν συνεργὸς τεχνίταις,
πιστὴ δὲ φύλαξ οἴκων δεσπόταις,
εὐμενὴς δὲ παραστάτις οἰκέταις.

Πάρισα saepius inveniuntur (plerumque cum παρομοίοις coniuncta):

23: τῶν μὲν τερπνῶν οὐδενὸς ἄγευστος ἔσει
τῶν δὲ χαλεπῶν ἄπειρος διαβιώσει,
28: εἴτε ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι,
τοὺς φίλους εὐεργετητέον,
εἴτε ὑπό τινος πόλεως ἐπιθυμεῖς τιμᾶσθαι,
τὴν πόλιν ὠφελητέον.

Πάρισα autem quam excultissima legis in paragrapho 31:

ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος τρεφόμενοι,
ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως περῶντες,
τοῖς μὲν πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι,
τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι,
τὰ μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι διαδραμόντες,
τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποθέμενοι

et paulo infra (33):

οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσιν,
οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται.

Tali sermone Xenophon in fabula enarranda utitur. Quo autem Prodicus usus scripsit? L. Spengel[1]) Xenophontis genus dicendi plane Prodiceum esse censet, quam sententiam impugnat Fr. Blass[2]) his verbis. Unsere Paraphrase... bei Xenophon bezeichnet sich ausdrücklich als eine Wiedergabe bloß des Sinnes, die Worte, sagt dort Sokrates, seien bei jenem noch großartiger. Übrigens ist auch bei Xenophon die Sprache poetisch genug, und ferner finden sich dort ganz gorgianische Antithesen, Parisa und Paromoia; nähme man nun an, daß Xenophon die Schrift des Prodikos vor sich hatte und benutzte,

1) συναγωγὴ τεχνῶν Stuttg. 1828, p. 57.
2) Attische Beredssmkeit I², p. 30 sqq.

oder auch nur denselben charakterisieren wollte, so würde man diesem einen solchen Stil zuzuschreiben haben. . . . Spengel . . . will auch Unterscheidungen von Synonyma in der Rede entdecken; aber in der Tat finden sich diese Synonyma wohl nebeneinander gebraucht, aber nicht unterschieden, und eben dies muß uns auf die andere Ansicht führen, die auch die naturgemäße ist, daß Xenophon nicht entlehnte noch kopierte, sondern eine auf seine Weise geschmückte Erzählung mit Anklängen an die bekannte und beliebte gorgianische Beredsamkeit der des Prodikos entgegensetzte.

Cum alterius sententia plane contraria sit iudicio alterius, quid faciamus? Ut recte rem diiudicemus, primum quaeramus, quid constet de Prodici sermone, tum Xenophontem ipsum examinemus!

Prodici ipsius quidem hoc unum tantum fragmentum exstat[1]): ἐπιθυμίαν μὲν διπλασιασθεῖσαν ἔρωτα εἶναι, ἔρωτα δὲ διπλασθέντα μανίαν γίγνεσθαι. Quod exhibet duo ἰσόκωλα, tria synonyma discreta, duas sententias ab eadem littera (ε) incipientes. Ex eo fragmento si coniecturam facere licet, synonymorum distinctio effecisse videtur, ut sophista paria membra in utroque explicando adhiberet. Quo facto natura ipsa ferebat, ut ad ἰσόκωλα delaberetur, quae non Gorgiae solius propria fuisse constat[2]). Hoc igitur pronuntiare debemus sermonem Xenophonteum huius capitis Prodiceo sermoni, quantum ex illo fragmento concludi potest, similem fuisse. Attamen certa inde non colliguntur.

Xenophon ipse de Prodici sermone dicit (34): ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειοτέροις ῥήμασιν ἢ ἐγὼ νῦν. Prodicus igitur — nam nihil obstat, quominus Xenophonti fidem habeamus — in libro suo eo usus est sermone, qui a cotidiano differebat. Unde rursus certa consequi non possumus.

---

1) apud Dielsium l. c. p. 572.

2) Cf. Ed. Norden, Die antike Kunstprosa I, p. 16 sqq.

Immo potius ut res diiudicetur, animus ad id vertendus est, quo modo dicendi Xenophon in reliquis libris usus sit. Dubitari non potest, quin Xenophon praecepta rhetorum accurate cognita habuerit atque in omnibus scriptis praecipue Gorgiae vestigia presserit [1]).

Quae cum ita sint, opus non videtur ad fabulae qualem Xenophon tradit sermonem intellegendum Prodici personam advocare, quia omnes artes rhetoricae ubique a Xenophonte adhibitae e Gorgiae imitatione intelleguntur. Quamquam minime negaverim Prodicum quoque eas figuras effecisse.

Id unum dici potest Xenophontem synonymis perplurimis in fabula prolatis Prodicum sive consulto sive non consulto imitatum esse [2]):

Quoniam quaesivimus quatenus fabula Prodicea ex Xenophonte aliisque auctoribus restitui possit, in rem mihi esse videtur paucis constituere verbis, quae forma illius fabulae fuerit et quae continuerit. Illa narratio de Hercule in bivio legebatur in encomio quodam, quod sophista in adulescentem illum composuerat. Cuius laudationis fabula postea ab Alexandrinis grammaticis cum aliis sophistae scriptis in unum corpus redacta et Ὧραι inscripta est.

Ratio autem narrandi, qua fabulam reddidit, haec fere fuisse videtur: Herculi, qui in solitudinem exiit ibique consedit, visione apparent Virtus et Vitiositas, quae utraque adulescentem ad suam viam trahere studet. Quae ubi accuratius descriptae sunt, ut orationibus Herculem sibi concilient, operam dant atque Vitiositas loqui incipit. Postremum narratur, utram feminam iuvenis ducem sibi eligat.

---

1) Cf. H. Schacht, De studiis rhetoricis Xenophontis diss. Berol. 1890 passim et Seyffertum l. c. p. 43 sqq.

2) Cf. H. Schachtium l. c. p. 20 et supra p. 20, ubi dixi de Blasii sententia: In der Tat finden sich diese Synonyma wohl nebeneinander gebraucht, aber nicht unterschieden.

IV. De posterioribus fabulae imitatoribus.

Iamiam de Prodico Xenophonteque quaestione ad finem perducta ad posteriores transeamus scriptores, qui fabulam de Hercule in bivio expresserunt. Hoc autem in universum quaestioni praemittam posteriores auctores inde a Xenophonte Prodici ipsius vestigia non pressisse, sed aut Xenophontem vel alios, qui ab ipso Xenophonte penderunt vel eum mutaverunt, secutos esse aut ipsos fabulam suo gustu transformavisse. Cum enim nusquam Prodici vestigia deprehendamus, eius ipsius liber parum lectus esse videtur, quod Xenophontea fabulae forma effecit, ut Prodicea oblivione obrueretur. Primo quam brevissime ei perstringendi sunt auctores, qui commemorant tantum quasi praetereuntes fabulam nostram.

Ciceronem de off. I 118 ad verbum fere Xenophontem reddere et statim, ubi comparaveris eius verba cum Xenophonteis, videbis et Cicero ipse concedit.

Xenophon:	Cicero:
(Prodicus) φησὶ γὰρ Ἡρακλέα, ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὡρμᾶτο, ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν εἴτε τὴν δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ἐπὶ τὸν βίον εἴτε τὴν διὰ κακίας, ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι ἀποροῦντα ποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται.	nam quod Herculem Prodicus dicit, ut est apud Xenophontem, cum primum pubesceret, quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est, exisse in solitudinem atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, cum duas cerneret vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis, utram ingredi melius esset, hoc Herculi ‚Iovis satu edito' potuit fortasse contingere . . .

Quo e Ciceronis loco concludere possumus, cum dicat de Hercule ‚ut est apud Xenophontem', Prodici librum

Ciceroni non iam notum fuisse. Porro tum pro Vitiositate iam sine ullo negotio Voluptatem substituisse videntur auctores (cf. infra p. 34 sq.).

Similiter res se habet in **Quintiliano** (inst. or. IX 2. 36): formas quoque fingimus saepe ...... ut Famam Vergilius, ut Voluptatem ac Virtutem, quemadmodum a Xenophonte traditur, Prodicus, ut Mortem ac Vitam, quas contendentes in satura tradit Ennius.

Item **Philostratus** dicit (Vit. Soph. c. 12 K p. 14): τὴν δὲ Ἡρακλέους αἵρεσιν τὸν τοῦ Προδίκου λόγον οὐδὲ Ξενοφῶν ἀπηξίωσε μὴ οὐχὶ ἑρμηνεῦσαι. καὶ τί ἂν χαρακτηρίζοιμεν τὴν τοῦ Προδίκου γλῶτταν Ξενοφῶντος αὐτὴν ἱκανῶς ὑπογράφοντος; Cui loco statim alteram apponam (epist. LXXIII K. p. 256): ζηλωταὶ δὲ ἐγένοντο ἄλλοι μὲν ἄλλων. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ τοῦ Γρύλλου φιλοτιμεῖται πρὸς τὸν τοῦ Προδίκου Ἡρακλέα, ὅποτε ὁ Πρόδικος τὴν κακίαν καὶ τὴν ἀρετὴν ἄγει παρὰ τὸν Ἡρακλέα καλούσας αὐτὸν εἰς βίου αἵρεσιν.

Philostratus igitur et Prodicum et Xenophontem fabulam nostram reddidisse non ignorat atque putat Xenophontem et sententiis et forma (cf. γλῶτταν) cum sophista certavisse (v. supra p. 17). Sed inde colligi non debet Philostratum et Prodicum et Xenophontem legisse.

Paulo uberius fabulam refert Vit. Soph. K. II p. 3: Προδίκῳ τῷ Κείῳ συνεγέγραπτό τις οὐκ ἀηδὴς λόγος; ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία φοιτῶσαι παρὰ τὸν Ἡρακλέα ἐν εἴδει γυναικῶν, ἐσταλμέναι ἡ μὲν ἀπατηλῷ τε καὶ ποικίλῳ, ἡ δ' ὡς ἔτυχεν, καὶ προτείνουσαι τῷ Ἡρακλεῖ νέῳ ἔτι ἡ μὲν ἀργίαν καὶ τρυφήν, ἡ δὲ αὐχμὸν καὶ πόνους. Ubi e Xenophontis libro notissimo sumpsisse sua videtur, quamquam scriptores arte inter se cohaerere non dicam.

Athenaeus se fabulam de Hercule in bivio e Xenophonte cognitam habere memorat 510 C: ἐγὼ δέ φημι καὶ τὴν τοῦ Πάριδος κρίσιν ὑπὸ τῶν παλαιοτέρων πεποιῆσθαι ἡδονῆς πρὸς ἀρετὴν οὖσαν σύγκρισιν· προκριθείσης γοῦν τῆς Ἀφροδίτης, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ ἡδονή, πάντα συνεταράχθη· καὶ μοὶ

δοκεῖ καὶ ὁ καλὸς ἡμῶν Ξενοφῶν τὸν περὶ τὸν Ἡρακλέα καὶ τὴν Ἀρετὴν μῦθον ἐντεῦθεν πεπλακέναι. Tam igitur ignota fuit Athenaeo fabulae forma Prodicea, ut ne nomen quidem eius attulerit, sed Xenophontem auctorem putaverit.

Iulianus imperator accedat postremus scriptoribus hucusque enumeratis. Qui dicit or. II 56 D . . . ,ὁ σοφὸς ἐν μύθοις Πρόδικος τὴν Κακίαν δημιουργεῖ πρὸς (τὴν) Ἀρετὴν διαμιλλωμένην καὶ ἐθέλουσαν τὸν τοῦ Διὸς ἀναπείθειν παῖδα, ὅτι ἄρα αὐτῷ μάλιστα πάντων τιμητέα εἴη. Quia parum multis verbis fabulam reddit, vix diiudicari posse videtur, unde hauserit. Sed cum aliis quoque locis Xenophontis libros cognitos habeat [1]), eum fabulam secundum Xenophontem narrare veri simile est.

De altero Iuliani loco (or. VII 217 A) contendit Ioel (II p. 331): Nachdem Julian in der Erzählung moralisierender Fabeln Antisthenes, Xenophon und Plato nachzuahmen empfohlen, rät er weiter: ἀντὶ μὲν Ἡρακλέους μεταλαμβάνειν Περσέως ἢ Θησέως τινὸς ὄνομα καὶ τὸν Ἀντισθένειον τύπον ἐγχαράττειν, ἀντὶ δὲ τῆς Προδίκου σκηνοποιΐας ἀμφὶ τοῖν ἀμφοῖν τούτοιν ἑτέραν ὁμοίαν εἰσάγειν εἰς τὸ θέατρον. Also die ,Προδίκου σκηνοποιΐα' für Herakles gehört zum ,Ἀντισθένειος τύπος' und Julian rät nur, sie für Perseus und Theseus zu variieren. Prodikos wird hier nicht als Autor bezeichnet. Sed plane aliter rem se habere verba ipsa docent. Ut Prodicus enim narravit, quomodo Hercules inter Virtutem et Vitiositatem elegerit, ita Iulianus suadet, ut aliae mulieres inducantur aliique adulescentes, velut Theseus et Perseus, quibus inter eas eligendum sit.

Scriptoribus qui paucis tantum fabulam memorant pertractatis ad eos nos vertamus auctores, qui fabulam Xenophonteam imitati sunt aut mutarunt.

---

1) Ad fabulam nostram refertur or. VII 209 A; dein v. or. III 104 A, VIII 246 C, alios locos.

1. Quarum rerum imagines mulieres praebeant.

Prodicus ipse Hesiodum secutus Ἀρετήν et Κακότητα feminas esse vult certantes ac ne Xenophon quidem nomina mutavit praeterquam quod pro Κακότης substituit Κακία (cf. supra p. 17). Posteriorum autem imitatorum — iis quidem neglectis, qui praetereuntes fabulae mentionem fecerunt — perpauci tantum Virtutem Vitiositatemque altercantes fecerunt. Sunt Christiani Iustinus (apol. II 11), Clemens Alexandrinus (Paedag. II 10. 110 ed. St.), Basilius (de leg. libr. gent. 4) et Themistius (or. XXII D). Qui omnes pendent in ea re a Xenophonte.

Complures auctores pro Vitiositate Voluptatem induxerunt ita, ut Ἀρετή et Ἡδονή inter se contenderent. Velut Philo Iudaeus duas feminas in animo cuiusque nostrum inesse, quae nos sibi conciliare student, Virtutem Voluptatemque fingit (de sacr. Ab. et Cai. 20 sqq. ed. Cohn et Wendland I). Easdem Silius Italicus (l. c. XV 18—128) nominat, qui fabulam, quam de Hercule narrare solebant, in P. Cornelium Scipionem transfert. Cui ad bellum proficiscenti Virtus et Voluptas apparent, quarum altera adulescentem ad bellum vocat, altera ei vitam promittit otiosam.

Voluptas autem pro Vitiositate substitui eo magis poterat, quod omnino eas haud ita diversas esse rigidi philosophi sibi persuaserant. Velut Clemens affirmat (Strom. II 20,107): καὶ ὁ Ξενοφῶν ἄντικρυς κακίαν λέγων τὴν ἡδονήν φησιν· ὦ τλῆμον, τί δὲ σὺ ἀγαθὸν οἶσθα ἢ τί καλὸν σκοπεῖς; ἥτις οὐδὲ τὴν τῶν ἡδέων ἐπιθυμίαν ἀναμένεις κτέ. Ipse Xenophon quamquam semper de Vitiositate dicit, tamen eam quasi Voluptas sit describit, ut Ioel recte iudicaverit (II p. 304): Ich weiß nicht, was von der Fabel bei Xenophon übrig bleibt, wenn man die Ἀρετή nicht als ἐπίπονος, die Κακία nicht als φιλήδονος auffaßt. Das sind die Prädikate, mit denen jene Subjekte eben auftreten. Nicht um Ἀρ. u. Κακ. als solche wird gestritten

(die Καϰ. heißt auch nur so bei ihren Feinden § 26), sondern um den Wert des πόνος, um den schweren Weg der Ἀρ. und den hedonischen Anspruch der Καϰ. . . . Wäre die Καϰ. nicht als Ἡδονή zu fassen, wie könnte die Prodikosfabel als Haupttrumpf gegen Aristipp ausgespielt werden? Quae cum ita essent, facile fieri potuit, ut auctores etiamsi in aliis rebus Xenophontem secuti sunt, tamen pro eius Vitiositate substituerint Voluptatem. Praecipue cynici et stoici philosophi, quia ἡδονήν praeter omnia impugnant vitia, Virtuti opposuerunt Voluptatem.

Unde opinati sunt nonnulli viri docti Antisthenem fabulam expressisse [1]. Antisthenem quidem de Hercule scripsisse constat, velut ex Diogene Laertio (VI 10. 105). Porro notum est cynicos Herculem sibi elegisse, quem tamquam exemplar discipulis proponerent.

Attamen minime pro certo affirmari potest id quod Ioel contendit: daß Antisthenes die Fabel ins Kynische umgestaltet habe. Nam si praeter Prodicum ipsum etiam Antisthenes fabulam reddidisset, non fuisset, quod Xenophon fabulam Prodiceam variaret afferretque. Praeterea inter Herculis Antisthenici fragmenta, quae sane pauca exstant (coll. G. Winkelmann), nullum ad fabulam nostram pertinet. Dein nemo posteriorum, quantum video, se fabulam apud Antisthenem legisse affirmat.

At fulcire videtur sententiam prolatam, quod Ps. Diogenes in epistula 30 (Hercher p. 244) patri narrat se ad Antisthenem venisse, qui imaginem duarum viarum adhibuerit et ad rem illustrandam discipulis duas vias ostenderit illas, quae ad arcem ascendunt: καὶ ἐπεὶ ἀγχοῦ ἐγενόμεθα, ἐπιδείκνυσιν ἡμῖν δύο τινὲ ὁδὼ ἀναφερούσα, τὴν μὲν ὀλίγην προσάντη τε καὶ δύσκολον, τὴν δὲ πολλὴν λείαν τε καὶ ῥᾳδίαν καθιστάς. ἅμα γάρ ‚αἱ μέν εἰς τὴν ἀκρόπολιν‘ εἶπε φέρουσαι ὁδοί εἰσιν αὗται, αἱ δὲ ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν τοιαῦται· αἱρεῖθε δὲ ἕκαστος ἣν ἐθέλετε, ξεναγήσω δ' ἐγώ. Sed haud comprobo. Ut enim putes Antisthenem re vera adules-

1) P. Wendland, Neuentdeckte Fragmente Philos p. 143, 151, G. Kaibel Herm. XXV (1890) p. 589, C. Ioel l. c. passim.

centes ad arcem Athenarum adduxisse duasque vias ibi ostendisse, Herculis tamen persona omnino neglegi debet. Porro etiamsi Antisthenes sine ullo dubio de Hercule scripsit et imaginem viarum ab eo adhibitam esse concedo, tamen duas eas res coniunctas esse ab Antisthene nusquam memoratur.

Multo autem maioris momenti est inde constituere in scholis philosophorum ‚αἱ ὁδοὶ αἱ φέρουσαι εἰς εὐδαιμονίαν‘ locum communem fuisse. Velut cynici philosophiam suam appellant σύντονον καὶ σύντομον ὁδὸν εἰς ἀρετήν [1]).

Atque similiter iudicabimus de aliorum opinione, secundum quam stoicus philosophus fabulam Prodici variaverit. Panaetium id fecisse Ioel (II 310) et Wendland (l. c. p. 141) suspicantur propterea, quod Cicero in libro de off. (I 118) paucis Herculem in bivio protulerit (cf. supra p. 31). At quamquam ille Ciceronis liber a Panaetii ‚περὶ τοῦ καθήκοντος‘ scripto pendet, tamen inde colligere non debemus Panaetium fabulam in libro suo adhibuisse aut mutavisse.

Nam cum fabula notissima inter omnes fuèrit, vix credendum est Panaetium, ut erat sui iudicii philosophus, fabulam nisi plane variatam et suo arbitrio mutatam redditurum fuisse. Cum autem vestigia eiusmodi mutationis a Panaetio effectae nusquam deprehendantur, fabulam ab eo adhibitam esse minime constat.

Immo potius id censendum est: Fabulam in libris philosophorum usitatissimam fuisse vidimus. Hoc uno autem a Xenophonte differunt, quod pro Vitiositate Voluptatem substituerunt. Quae commutatio tam facile fieri potuit — ac non solum apud cynicos et stoicos, sed etiam apud academicos et peripateticos —, ut de certo viro, qui philosophia clarus erat, cogitari non debeat.

Fabulam autem de Hercule in bivio non solum a philosophis, sed etiam a rhetoribus in scholis tractatam

1) Si plura de ea re audire cupis, lege E. Norden Fleckeiseni annal. suppl. XVIII p. 313.

esse cum Iuliani locus paulo ante (p. 33) allatus tum alia plurima testimonia docent. Certam quidem fabulae formam demum apud rhetores posteriorum temporum invenimus. Respiciendus est in primis rhetor quidam ignotus ab Hugone Rabe nuper editus (mus. Rhen. LXIV (1909) p. 581 sq.), qui fabulam narrat his verbis: Χρὴ δὴ εἰδέναι ὅτι παρυφέστηκεν τῇ χρηστῇ παρασκευῇ εἴδωλόν τι ἡ κολακεία. ὥσπερ τοίνυν ἡ χρηστὴ παρασκευὴ διαιρεῖται εἰς ψυχὴν καὶ σῶμα πρόνοιαν ποιουμένη τοῦ ἀνθρώπου, οὕτω καὶ ἡ κολακεία πάλιν πρόνοιαν ποιεῖται τοῦ ἀνθρώπου. καὶ τὸ μὲν περὶ ψυχὴν τῆς κολακείας διαιρεῖται εἰς τὴν παροῦσαν ὑγιείαν καὶ ⟨τὴν⟩ ἀπολομένην. φασὶν γάρ [1]) [ὅτι] Πρόδικον τὸν Κεῖον σοφιστὴν θελόντα τοὺς νέους πρὸς ἀνάγνωσιν παροξῦναι τοιοῦτον αὐτοῖς μῦθον εἰπεῖν· ὅτι τῷ Ἡρακλεῖ νέῳ ὄντι Ἑρμῆς κατὰ πρόσταξιν τοῦ Διὸς δύο ὑπέδειξεν λόφους. καὶ ὁ μὲν εἷς ὁμαλὴν καὶ εὔβατον εἶχεν τὴν ὁδόν, ἐν δὲ τῷ ἄκρῳ γυναῖκα καθεζομένην ἐπείσακτον ἔχουσαν κάλλος, τουτέστιν οὐ φυσικόν, ἀλλὰ ἀπὸ κοσμίων καὶ φυκαρίων καὶ ἑτέρων τινῶν. ὁ δὲ ἕτερος λόφος ἀνάντη καὶ δύσβατον ἔχων τὴν ἄνοδον, ἐν δὲ τῇ κορυφῇ γυνὴ καθεζομένη φυσικὸν ἔχουσα κάλλος. ἐρωτῆσαι δὲ τὸν Ἑρμῆν· ὦ Ἡράκλεις, ποίαν βούλει γυναῖκα; τὸν δὲ ἀποκριθῆναι· τὴν ἀρετὴν αὐτῷ ἐμποιοῦσαν, ἤτοι τὴν φυσικὸν τὸ κάλλος κομίζουσαν· ἡ γὰρ αὐτὴ ὡς δυσχερὴς μᾶλλον αὐτῷ ἀρετὴν προσέφερεν. ταῦτα μὲν ὁ Κεῖος σοφιστής.

Tum rhetor Troilus fabulam praebet [2]): ἔφησε (sc. sophistice) γὰρ τὸν Ἡρακλέα ληφθέντα ἀπὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἀπενεχθῆναι ἐπί τινα δύο ὄρη, ὧν τὸ μὲν ἄβατον καὶ τραχὺ καὶ ὑψηλὸν ἦν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἀκροτάτου καθημένην γυναῖκά τινα δεῖξαι, ἥτις ἔσχε φυσικὸν κάλλος, ἐπὶ δὲ τῷ ἑτέρῳ ὄρει τόπος ἦν εὐδιάβατος, ἔνθα ἦν κόρη εὔμορφος, κεκαλλωπισμένη δέ· καὶ διὰ τούτων ἐδήλου τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν· διὰ μὲν τῆς ἀμόρφου τὴν κακίαν, διὰ δὲ τῆς εὐμόρφου τὴν ἀρετήν, ἣν ἤρατο καὶ Ἡρακλῆς [3]).

1) Lacuna, quae hic exstat in sententiarum conexu, demonstrat rhetorem sua aliunde sumpsisse.

2) Rhet. Graec. VI p. 52 (ed. Walz).

3) Ferri non potest Vitiositatem modo εὔμορφον modo ἄμορφον

Dein servata est fabula in libro rhetoris incerti [1]: καὶ δῆλον ἐφ᾽ οὗ τὰ τοῦ Ἡρακλέους μυθοπλαστοῦνται· καὶ τῶν γυναικῶν τῆς μὲν ὡραίας καὶ ἀνθηρᾶς, τῆς δὲ ῥυπώσης καὶ αὐχμηρᾶς, τῆς ἀρετῆς δηλαδὴ καὶ τῆς κακίας.

Haec omnia unde fluxerint, ostendunt primi rhetoris prima verba, quibus rectam educationem et adulationem distinguit. Nam eum hic respicere ad Gorgiae Platonici locum notissimum (464 B sqq.), ubi νομοθετική et δικαστική verae esse artes dicuntur ad hominis animum spectantes, σοφιστική et ῥητορική autem κολακεῖαι nominantur, per se apparet et a rhetore ipso paulo ante disertis verbis dictum est (l. c. p. 581 v. 11).

Quomodo autem cum hac divisione fabula de Hercule coniungi potuerit, declarant Troili verba (l. c. p. 52): ὥσπερ γὰρ ἡ νομοθετικὴ διὰ νόμων ἀποτρέπει τὰ ἄδικα, οὕτως καὶ ἡ σοφιστικὴ διὰ μύθων καὶ μαρτυριῶν προδήλως τῶν ἀτοπημάτων ἐκτρέπουσα, καὶ πρὸς τὰ λυσιτελοῦντα τοὺς νέους ἐπάγουσα διὰ μύθων. Qua igitur re commoti rhetores fabulam adhibuerint, luce clarius est recteque iudicat Rabe (l. c. p. 583): Besteht da noch ein Zweifel, was von dieser ‚Prodikos'-Erzählung zu halten sei, so wird der gehoben durch . . . ‚τοὺς νέους πρὸς ἀνάγνωσιν παροξῦναι'. Also Rhetoren-Pädagogik.

Rhetores in fabula enarranda a Prodico aberrant, cum non solum duas vias praebent, sed etiam duos colles, in quibus feminae sunt, ad quas viae ascendunt [2]. Porro

---

nominari. Si accuratius verba inspexeris, sententiarum conexu postulari, ut ἄμορφος retineatur, libenter concedes. Rhetor enim narrat Virtutem pulchra figura esse, Vitiositatem autem foedam figuram ea re quasi velare, quod fuco colorem mentitur. Quod rectum esse testes sunt et rhetor primus et tertius. Quae cum ita sint, aut textum depravatum esse statuendum est ita, ut locus coniectura sanetur, aut Troilum in verbis aliunde describundis haud ita subtilem fuisse. Corrigamus igitur ἔνθα ἦν κόρη ἄμορφος.

1) Rhet. Graec. V p. 606.

2) Nullius momenti est rhetorem primum adnotare Prodicum eam fabulae formam effecisse. Omnes enim fere auctores etiamsi vehe-

a Platonico Gorgia differunt. Plato enim artem rhetoricam nominat κολακείαν. Contra apud rhetores ἡ χρηστὴ παρασκευή significat artem bene dicendi i. e. rhetoricen, quae vice philosophiae fungitur.

Quod omnes quos nominavi rhetores tota materia et sententiarum congruunt conexu, fabula in eorum scholis usitatissima fuisse videtur. Quam ob rem communem fontem, e quo hauserint, quaerere supervacaneum est. Hoc videmus in scholis a magistris fabulam Prodiceam propositam esse audientibus, qua Hermes adulescentem ad veram educationem duceret.

Cum ea fabulae forma magnopere consentit narratio, quam apud Dionem Chrysostomum (or. I ab. Arn.) invenimus. Qui fabulam nostram in Βασιλείαν et Τυραννίδα transtulit. Ac facile quidem suspiceris rhetores illos a Dione pendere. Sed obstat, quod eam formam, quam illi servaverunt, vetustiorem esse apparet.

Nam primum et Dio et rhetores a Gorgia pendent Platonico; divisionem autem, quae apud Platonem exstat inter veram artem et adulationem, multo fidelius rhetores retinuerunt quam Dio, qui Βασιλείαν et Τυραννίδα substituit. Dein ordo mulierum descriptarum genuinus est apud rhetorem primum [1]), cum Vitiositas prior inducitur (cf. supra p. 18). Dio sua respiciens ordinem mutavit (or. I 70 sq., 78 sq.). Tum rhetores recte narrant viam ad Virtutem difficilem, contra ad Vitiositatem facilem esse, cum Dio materia sua immutare coactus sit [2]). Etiam addam comites, quas Dio mulieribus attribuit (I 74 sq., 82), a rhetoribus non memorari, quod vix fieri poterat, si ex eius scriptis sua sumpserunt. Quae omnia me commovent, ut rhetores illos non Dionis vestigia pressisse,

---

menter cum Prodico discrepant, eum auctorem nominant, quia sophistam primum narrationem concepisse non ignorant.

1) Ceteri duo ordinem mutant, quod parum multis verbis fabulam reddunt.

3) Dicit enim (67): ἡ μὲν βασίλειος (sc. ἄκρα) habet ἀσφαλῆ καὶ πλατεῖαν (sc. ἔφοδον), . . ., ἡ δὲ ἑτέρα στενήν τε καὶ σκολιὰν καὶ βίαιον.

sed vetustiorem formam fabulae servasse credam. Hanc ipsam autem formam etiam Dio novit. Qui cum fabulam in Βασιλείαν et Τυραννίδα transtulit, id fecit, quod multo post Iulianus iuvenibus commendavit (v. supra p. 33).

Ut omnia iam complectar, haec statui possunt: Rhetores in scholis fabulam tractantes rationem immutaverunt narrandi. Cum autem Dio, qui tam arte cohaeret cum illis, fabulam primus quantum video de aliis feminis narraverit, illas translationes in varias mulieres in scholis rhetorum exercitas fuisse colligamus.

Neque vero id miremur. Cum enim non minus usitata esset omnino in scholis σύγκρισις, i. e. comparatio duarum rerum, quae inter se opponebantur, facile intellegitur, quo factum sit, ut fabula illa cum his comparationibus coniungeretur. Talium autem comparationum exempla nominat Cicero (de orat. III 117) ‚Regem et tyrannum‘, ‚Assentatorem et amicum‘.

Regnum et tyrannis iam a sophistis inter se opposita sunt [1]). Postea autem in primis Plato divisit μοναρχίαν in βασιλικήν et τυραννικήν (Politic. 302 D), quem secuti Xenophon (Memor. IV 6. 12) et Aristoteles (Polit. p. 1289 a 26 sqq.) regnum et tyrannidem comparaverunt. Dio autem illam comparationem in fabulam intulit.

Proponit enim in prima ‚περὶ Βασιλείας‘ oratione lectoribus Herculem tamquam boni regis exemplar describens quomodo a patre Iove ipso ad bene regnandum educatus sit.

Eodem modo de Amicitia et Adulatione feminis fabula narrata est. Iam Aristoteles amicum opposuit adulatori (eth. Nic. 1108 a 26 sqq., 1159 a 12 sqq.). Quam σύγκρισιν posteriores persecuti sunt ut Plutarchus in libro: Πῶς ἂν διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου; inscripto. Cum nostra autem fabula eam iunxerunt Maximus Tyrius in oratione XIV (ed. H. Hobein): Τίσιν χωριστέον τὸν κόλακα τοῦ φίλου; et Themistius in oratione XXII: Περὶ φιλίας

1) Cf. J. Endt, Wiener Studien XXIV (1902) p. 4.

inscripta. Maximus quidem fabula Xenophontea enarrata dicit: Φέρε καὶ ἡμεῖς πλάττωμεν μῦθον, διττὰς ὁδοὺς, καὶ ἄνδρα ἀγαθόν, καὶ ἡγεμόνας ταῖν ὁδοῖν, ἀντὶ μὲν τῆς Ἀρετῆς τὸν φίλον, ἀντὶ δὲ τῆς Ἡδονῆς τὸν κόλακα ac tum omnia, quae paulo ante de Virtute et Voluptate narravit, in amicum et adulatorem transfert. Optime ex Maximo Tyrio fabulae Prodiceae translatio cognoscitur.

Paulo aliter Themistius rem instituit. Hercules sedet in solitudine secum reputans, quomodo homo optime vivat, cum duae mulieres Virtus Vitiositasque apparent, quae adulescentem ad se attrahere student. Qui ubi orationes earum audivit, Virtutem sequi mavult.

Dein quamquam res est peracta, Themistius Virtutem dicentem facit Herculi: ἵν' ἔτι καὶ μᾶλλον ἴδῃς, ὅτι ὀρθῶς δοκιμάζεις et describit, quo pacto Φρόνησις iussu Virtutis adulescentem duxerit ad duos colles, in quibus Φιλία et Ὑπόκρισις feminae sunt. Quas unde sumpsit?

G. Bohnenblust, qui Themistium in fabula enarranda Dionis sectatorem esse probavit[1]), de ea re haec censet (p. 18): So hat auch Themistius sowohl ἀρ. u. κακ. als auch nachher die Substitutionen dafür φιλία u. ὑπόκρισις untergebracht. Den Anlaß hat ihm wohl gegeben, daß Dio selbst φιλία u. κολακεία als Dienerinnen der βασιλεία u. τυραννίς angewendet hat. Quod fieri potuit, sed tum veri similius esset Themistium non ὑπόκρισιν, sed κολακείαν amicitiae opposuisse. Melius rem ita explicabimus, ut statuamus amicitiam cum adulatione vel simulatione comparatam esse in scholis rhetorum atque ita Prodici fabulam in eas translatam esse praecipue in orationibus amicitiam tractantibus, ut res magis illustraretur.

Lucianus saepissime in dialogis σύγκρισιν adhibet. Velut in ‚Bis accusato' cum inter alios tum inter Syrum quendam et Rhetoricen feminam certamen instituit dicendi, qua in re aperte ad Platonici Gorgiae locum supra p. 38 citatum respicit [2]). Haud igitur mireris, quod in ‚Somnio'

1) Beiträge zum τόπος περὶ φιλίας diss. Bern. 1905.

2) Cf. R. Helm Lucian und Menipp p. 280.

fabulam Prodiceam in alias transtulerit feminas. Ubi enim narrat se ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβον ὄντα a patre ad sculptorem nobilem, ut artem statuas fingendi disceret, missum esse, paulo post autem cum vapulavisset domum redisse. Ubi prima nocte mirum somnium ei contingit. Duae enim mulieres eum utraque ad se attrahere conantur, quarum altera Ἑρμογλυφικὴ Τέχνη se bonum sculptorem eum facturam esse dicit, altera rursus Παιδεία pollicetur se adulescentem ὅλως ἅπαντα ὁπόσα ἐστί τά τε θεῖα τά τἀνθρώπινα (10) docturam esse. Herculis Prodicei ubique reminiscimur legentes [1]).

Verumtamen quod memoretur dignum est hic non agi de virtutibus et vitiis, quae homines alliciunt, sed decerni, in cuius rei studio adulescens versetur. In simili autem sententiarum conexu Cicero l. c. fabulam apposuit. Tum ad verbum fere — sic dicam — hanc Luciani fabulae Prodiceae formam vertit in nostram linguam Goethe, quam narrationem initio huius libelli exscripsi.

Quia Eruditio coloribus qui vocantur cynicis depicta sit, Ioel (II 316) iam ante Lucianum Τέχνην et Παιδείαν a cynicis inter se oppositas esse censet. Sed haud pauca etiam legimus, quae cynicis minime placuerunt (cf. c. 9. 11). Nec minus inter verba, quae de Sculptura dicuntur, inveniuntur, quae magis ad cynicorum praecepta nos revocant (cf. c. 6).

Quae si vera sunt, nihil est, quod negemus Lucianum primum fabulam de illis feminis narravisse.

Luciano apte adicitur Ovidius, qui amor. III 1 narrat in silva vetere ambulanti Elegiam et Tragoediam sibi occurrisse. Quae de re dicit F. Riedl [2]): Eine ganz eigentümliche Gestaltung jener Fabel des Prodikos zeigt die Nachahmung des Ovid. . . . Die Umänderung der Vorlage wurde durch die ganz andere Grundlage bedingt, da nicht Tugend und Laster den Dichter zur Wahl nötigen,

1) Cf. Kraemer, Neue Jahrb. f. Phil. u. Päd. II (1866) p. 441.

2) Der Sophist Prodikus und die Wanderung seines ‚Herakles am Scheidewege' durch die römische u. deutsche Literatur 1908 p. 20.

sondern dem in der Wahl eines dichterischen Stoffes schwankenden Dichter sich die Liebeselegie (elegia) und die Tragödie aufdrängen wollen. Ovidius, qui in scholis rhetorum artem dicendi didicit, fabula ibi saepissime tractata usus est, ut argumentum quoddam variaret, quod poetae inde a saeculo a. Chr. n. tertio saepius adhibebant. Qui enim hic illic profitentur se non aptos esse ad carmina epica vel tragoedias perficiendas, quapropter ut elegias scriberent, operam darent [1]).

Postremus Cebes tractandus est. Qui doctrinas suas de vita recte instituenda sensui vulgari accommodatas cuivis hominum propositurus librum composuit, cui inscribitur Πίναξ, ubi senem aliquem spectantibus tabulam, qua per allegoriam vita picta est, exponentem facit. Ut ab aliis allegoriis discedam, Παιδείαν et Ψευδοπαιδείαν feminas induxit. Haec fere auctor narrat (11 sqq.): Ψευδοδοξία ducit omnes homines ad Falsam Eruditionem, quae eos docet γράμματα καὶ τὰ ἄλλα μαθήματα, quae necessaria quidem non sint ad Παιδείαν pervenire volenti, sed tamen aliquid valent. Contra Δόξα ducit nonnullos tantum via difficili ad Παιδείαν, unde ad Beatitudinem perveniri potest.

2. Quomodo fabulae lineamenta commutata sint.

Duae formae imaginis viarum exstant. Hesiodus quidem narrat alteram viam in montem ducere, ubi Virtus est, alteram autem ad Vitiositatem, quae tamen in monte esse non putatur. Prodicus eumque secutus Xenophon vias in planitie deserta finxit [2]). Utrius vestigia imitatores secuti sunt?

Cum Prodico-Xenophonte maxima ex parte Basilius congruit.

---

1) Cf. Propert. II 1.

2) Cf. supra p. 18 sq.

Xenophon:	Basilius:
φησὶ γὰρ Ἡρακλέα, ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὡρμᾶτο, ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν εἴτε τὴν δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ἐπὶ τὸν βίον εἴτε τὴν διὰ κακίας ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι ἀποροῦντα ποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται· καὶ φανῆναι αὐτῷ δύο γυναῖκας προσιέναι . . .	ὅτι νέῳ ὄντι τῷ Ἡρακλεῖ κομιδῇ καὶ σχεδὸν ταύτην ἄγοντι τὴν ἡλικίαν ἣν καὶ ὑμεῖς νῦν βουλευομένῳ ποτέραν τράπηται τῶν ὁδῶν, τὴν διὰ τῶν πόνων ἄγουσαν πρὸς ἀρετὴν ἢ τὴν ῥᾴστην, προσελθεῖν δύο γυναῖκας . . .

Cum in verbis saepe consentiunt tum in ea re, quod Hercules apud eos non vere in bivio est. Qua re cum iis discrepant Iustinus et Maximus. Apud Christianum (II 11) adulescenti, ubi in trivium venit, Virtus et Vitiositas occurrunt. De veris igitur viis cogitat atque rem ita sibi fingit, ut Hercules via aliqua ingrediens veniat in locum, ubi via diffinditur, ut tres viae fiant. Eodem modo Maximus dicit (or. XIV): Πρόδικος μὲν Ἡρακλέα ἄγει . . . ἐπὶ διττὰς ὁδούς, Ἀρετὴν καὶ Ἡδονὴν ἐπιστήσας ἡγεμόνας ἑκατέρᾳ τῇ ὁδῷ.

Alteram imaginis viarum formam, quae ab Hesiodo ducit originem, persaepe adhibitam invenimus. Sed ea re imitatores ab eo differunt, quod duos colles et duas vias praebent.

Silius Italicus solus — de Cebete infra agam — fideliter Hesiodum retinet, cum Virtutem solam in monte habitare narrat. Dicit enim vss. 102 sqq.:

casta mihi domus et celso stant colle penates,
ardua saxoso perducit semita clivo.
asper principio — neque enim mihi fallere mos est —
prosequitur labor. annitendum intrare volenti,
nec bona censendum, quae Fors infida dedisse
atque eadem rapuisse valet. mox celsus ab alto
infra te cernes hominum genus.

Graeca Hesiodi verba Silius in Latinam vertit lin-

guam (cf. ardua semita = ὄρθιος οἶμος, asper principio = τρηχὺς τὸ πρῶτον, annitentum intrare volenti = τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν, mox celsus ab alto = ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι). — Cum Silii verbis ,mox celsus ab alto infra te cernes hominum genus' optime confertur Luciani locus (c. 15), ubi Eruditio adulescenti dicit: ἐπίβηθι τούτου τοῦ ὀχήματος, . . . ὅπως εἰδῇς, οἷα καὶ ἡλίκα μὴ ἀκολουθήσας ἐμοὶ ἀγνοήσειν ἔμελλες et tum adulescens narrat: ἀρθεὶς δὲ εἰς ὕψος ἐγὼ ἐπεσκόπουν ἀπὸ τῆς ἕω ἀρξάμενος ἄχρι πρὸς τὰ ἑσπέρια πόλεις καὶ ἔθνη καὶ δήμους . . .

Nunc eos inspiciamus, qui duas feminas in duabus collibus sedentes fecerunt. Quam imaginis formam primum ab rhetoribus in scholis expressam esse supra (p. 38) ostendebatur. Rhetorum autem longe uberrime copiosissimeque Dio imaginem exornavit. Mercurius ducit Herculem ad duos colles, qui ex una radice orti duo cacumina efficiunt, in quibus Legitima et Falsa Dominatio sunt. Atque collis quidem Βασιλείας aditum praebet tutum ac latum, cum ad alterius mulieris collem aditus difficilis et angustus sit[1]).

Si legere pergis, mirum aliquid tibi occurrit (I 68): φαίνεται μὲν οὖν . . . τοῖς πολλοῖς, ἅτε ὁρῶσι μακρόθεν, ἄμφω μία τε καὶ ἐν ταὐτῷ σχεδόν, ὑπερέχει δὲ ἡ βασίλειος κορυφὴ τοσοῦτον ὥστ' ἐκείνη μὲν ἐπάνω τῶν νεφῶν ἐστιν, ἐν αὐτῷ τῷ καθαρῷ καὶ αἰθρίῳ ἀέρι, ἡ δὲ ἑτέρα πολὺ κατωτέρω, περὶ αὐτὴν μάλιστα τὴν τῶν νεφῶν συστροφήν, σκοτεινὴ καὶ ἀχλυώδης. Videmus quanto magis Dio operam dederit, ut allegoriam persequeretur quam ut veram montis imaginem proponeret.

Dein Mercurius — sic Dio narrare pergit — ubi duos colles ostendit, demonstrat Herculi ipsam Legitimam Dominationem, quae sedet in solio a comitibus circumdata.

Quo facto eum ducit ad τυραννικὴν εἴσοδον et mulierem huius collis demonstrat. Animadvertas, quaeso, quo pacto solium feminae descriptum sit. Locus enim, quo solium

1) Cf. supra p. 39.

aedificatum est, suffossus atque subrutus est, etsi firmus videtur. Et viae, quae ad solium ascendunt, sanguine inquinatae et contaminatae sunt. Qua ratione tyrannis praeclare illustratur.

Themistius (or. XXII) ubi paucis fabulam de Hercule qualem Xenophon tradit reddidit, Dionem sequi incipit. Immo aperte cognoscimus locum, quo a Xenophonte ad Dionem transiit. Dio enim Iovem filio Mercurium misisse narrat et pergit: καὶ ἄγει (sc. Mercurius) λαβὼν αὐτόν ad duos illos colles. Themistius qui pro Mercurio Virtutem substituit haec dicit: παραλαβοῦσα ἄγει (sc. Virtus). Casui non tribuam quod uterque eadem verba praebet.

Quod autem ad colles attinet, eodem modo atque in Dione mons eminus spectantibus unus videtur; ubi autem propius accessisti, apparent duo fastigia ex una radice orta. Φρόνησις, quam Virtus ἐπιδεικνύναι τὰ ἕκαστα καὶ ἐξηγεῖσθαι iussit, Herculi primum ostendit τοὺς προπόδας τοῖν λόφοιν. Atque amicitiam et simulationem floribus comparat Themistius. Ut enim flores alterius collis semper virides sunt, ita amicitia quoque diuturna est semperque viget, et ut flores alterius colles aliquamdiu quidem florent, sed paulo post languescunt, ita simulatio brevi marcescit.

Post ea Φρόνησις viros utriusque collis describit, cum dicit alterius rivi aquam δι' ὅλου τοῦ ῥείθρου γλυκύν τε καὶ προσηνῆ esse, alterius autem aquam κάτωθεν μὲν γευομένῳ γλυκυτέραν δοκεῖν προσιόντι δὲ ἐγγὺς τῆς πηγῆς πικράν τε καὶ φαρμακώδη. Longe igitur Themistius allegoriam persequitur ad amicitiam et adulationem spectantem.

Tertium autem ei demonstrat in dextro colle nemus, quod umbrosum atque omnibus bonis praeditum sit. Rursus ad amicitiam alludit, cum de simulatione nihil dici miremur.

Singularem imaginem viarum Cebes praebet. Omnes homines ait prius via quadam ad Falsam Eruditionem eant necesse esse, quam ad Veram Eruditionem pervenire possunt. Atque de via, quae ducit ad Ψευδοπαιδείαν, per-

pauca dicuntur. Multo autem uberius via describitur, quae fert ad Veram Eruditionem (15): ὁρᾷς ἄνω ... τόπον τινὰ ἐκεῖνον, ὅπου οὐδεὶς ἐπικατοικεῖ, ἀλλ' ἔρημος δοκεῖ εἶναι; ... οὐκοῦν καὶ θύραν τινὰ μικρὰν καὶ ὁδόν τινα πρὸ τῆς θύρας, ἥτις οὐ πολυοχλεῖται, ἀλλ' ὀλίγοι πάνυ πορεύονται ὥσπερ δι' ἀνοδίας τινὸς καὶ τραχείας καὶ πετρώδους εἶναι δοκούσης; ... οὐκοῦν καὶ βουνός τις ὑψηλὸς δοκεῖ εἶναι καὶ ἀνάβασις στενὴ πάνυ καὶ κρημνοὺς ἔχουσα ἔνθεν καὶ ἔνθεν βαθεῖς. Quae ubi legis, saepius deprehendis vestigia Prodiceae fabulae. Velut Vera Eruditio habitat in solitudine (cf. Xenophontis: ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν). Sed in ea re non cum Prodico-Xenophonte facit, quod Hesiodum secutus Veram Eruditionem et Beatitudinem in monte esse fingit.

Haud paucas autem res addere, quae fabulae de Hercule propriae non sunt, materia sua Cebes adductus est. E. g. portae imaginem cum imagine viae colligavit, qua de re infra agam.

Haud abs re esse videtur in Mercurii personam a rhetoribus in fabulam inductam inquirere. Sine ullo quidem negotio id intellegimus apud Dionem, qui Iovem Mercurium nuntium et ducem filio misisse narrat (I 65 sq.). Porro haud mirum est, quod in Ps. Diogenis ep. XXXVII Mercurii persona cum imagine viae coniuncta est. Ubi enim Mercurius in colle quodam constitutus homines, qui duabus viis ascendunt, perscrutatur, num omnes vitia, affectus, cupiditates iam deposuerint.

Notissimum enim est eum apud Graecos ψυχοπομπόν esse, velut Diog. Laert. VIII 31, Lucian. dial. mort. 10.

Sed aliud accedit. Mercurius λόγου δεσπότης inde ab Hesiodo (opp. 77 sqq.) appellatur et multas artes invenisse putatur [1]). Quapropter ille a stoicis Λόγος nominatur [2]).

Quae si consideras, Mercurium adesse, si adulescenti inter varias illas mulieres eligendum est, optime intellegis.

---

1) Cf. G. Kaibel, Galeni protr. p. 29.
2) Cf. Cornuti theol. Graec. comp. 16.

Iam addam huic quaestioni Cebetem ducem viae praeter feminas etiam Δαίμονα vel Δαιμόνιον afferre (4), qua in re ei stoicorum placita obversantur [1]).

Nunc de comitibus tractemus necesse est, quas auctores feminis duabus attribuerunt.

Philo (22): συνομαρτοῦσι δὲ αὐτῇ (Voluptati) τῶν συνηθεστάτων πανουργία προπέτεια ἀπιστία κολακεία φενακισμὸς ἀπάτη ψευδολογία ψευδορκία ἀσέβεια ἀδικία ἀκολασία.

27: συνείποντο δὲ αὐτῇ (Virtuti) εὐσέβεια ὁσιότης ἀλήθεια θέμις ἁγιστεία εὐορκία δικαιοσύνη ἰσότης εὐσυνθεσία κοινωνία ἐχεθυμία σωφροσύνη κοσμιότης ἐγκράτεια πραότης ὀλιγοδεΐα εὐκολία αἰδὼς ἀπραγμοσύνη ἀνδρεία γενναιότης εὐβουλία προμήθεια φρόνησις προσοχὴ διόρθωσις εὐθυμία χρηστότης ἡμερότης ἠπιότης φιλανθρωπία μεγαλοφροσύνη μακαριότης ἀγαθότης.

Silius tribuit Voluptati (96 sq.): Ebrietatem Luxum Infamiam, Virtuti (98 sqq.): Honorem Laudes Gloriam Decus Victoriam Triumphum.

Dio Legitimae Dominationi (I 74 sq.): Δίκη Εὐνομία Εἰρήνη Νόμοι, Falsae Dominationi (I 82): Ὠμότης Ὕβρις Ἀνομία Στάσις Κολακεία.

Themistius Amicitiae (280 C): Ἀλήθεια Εὔνοια Ἔρως, Simulationi (282 B): Ἀπάτη Ἐπιβουλὴ Δόλος Ἐπιορκία Κολακεία.

Celes Verae Eruditioni (18): Ἀλήθεια Πειθώ. Praeterea nominat liberos Beatitudinis (20): Ἐπιστήμη Ἀνδρεία Δικαιοσύνη Καλοκαγαθία Σωφροσύνη Εὐταξία Ἐλευθερία Ἐγκράτεια Πραότης. Porro Intemperantiae attribuit (9): Ἀσωτία Ἀπληστία Κολακεία. Etiam 23 exstat catalogus qui vocatur vitiorum: Ἄγνοια Πλάνος Λύπη Ὀδυρμὸς Φιλαργυρία Ἀκρασία ἡ λοιπὴ ἅπασα Κακία.

Quam vetusta haec fabulae forma fuerit, inde videmus, quod iam in fabula, quam Simonides λόγον τινά nominat,

1) Id ostendit C. Praechter De Cebetis tabula diss. Marb. 1885 p. 80.

Virtus choro nympharum circumdata fuisse videtur (cf. supra p. 6). Contra Prodicus mulieribus comites non addidisse putandus est, quia ne Xenophon quidem eas praebet [1]).

Posteriores autem imitatores quamquam in universum Xenophontem secuti sunt, tamen comites Virtutis et Vitiositatis e vetusta illa fabula assumpserunt, ut catalogos virtutum et vitiorum hominibus suorum temporum adamatos in usum suum convertere possent.

Eos enim catalogos iam inde a Platone philosophi adhibuerunt, quos quidem Christiani auctores secuti sunt [2]).

Quae cum ita sint, haud rectum videtur inquirere, quis primus comites in fabulam inseruerit. Primus quidem, quantum nos scimus, Philo Virtutem et Voluptatem multis circumdedit mulieribus. Quas autem accuratius inspicere opus non videtur, quia parum inde proficitur, nisi accuratius in virtutum et vitiorum catalogos inquisiveris, quod huius loci non est.

Aliter res se habet in Silio Dione Themistio. Qui cum pro universa Virtute et Vitiositate alias mulieres substituerent, comites quoque invenire debebant his mulieribus aptas. Velut Silius attribuit Virtuti eas comites, quae ad bellum referuntur, cum Voluptatem ea vitia comitentur, quae virtutem militarem extenuant deminuuntque.

Similiter Dio Legitimae et Falsae Dominationi eas tantum feminas addidit, quae illis sunt accommodatae. De earum comitibus dicit Br. Keil [3]): Die Βασιλεία Διὸς βασιλέως ἔκγονος hat zum Hofstaat Δίκη — Εὐνομία — Εἰρήνη — Νόμος. Es muß hier eine ältere Quelle vorliegen. Das folgt daraus, daß es nur aus ungenauer Be-

1) Cum Xenophon Virtutem dicentem facit Vitiositati (31): τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ θιάσου τολμήσειεν εἶναι;, non in Vitiositatis comites alluditur. Potius intellegendi sunt homines, qui Vitiositatem sequuntur.

2) Cf. A. Dieterich, Nekyia 1893, p. 162 sqq. et H. Lietzmann, Handbuch z. N. T. III 1, p. 11, 78 sqq.

3) Herm. XXIII (1888) p. 354 sq.

nutzung einer solchen bei Beschreibung der Βασιλεία erklärt werden kann, wenn bei der Τυραννίς angeführt werden: Ὠμότης Ἀνομία Στάσις und es weiter heißt: ἀντὶ δὲ Φιλίας Κολακεία παρῆν; die Φιλία war aber bei der Βασιλεία nicht erwähnt. Qua differentia stabilitur opinio paulo ante prolata ineptum esse inquirere, quis primus comites fabulae addiderit. Potius censeo ut alias res ita hoc quoque novum momentum in scholis rhetorum in fabulam illatum esse.

Themistius quamquam diversa materia coactus alias comites addit, tamen quantum fieri potest Dionem sequitur. Bei der ersten (sc. Amicitiae comitum) heißt es bei Themistius: αὕτη μὲν Διὸς θυγατὴρ ἀλήθεια. Das Prädikat erklärt sich gleich durch Dio: αὕτη σοι ... βασιλεία Διὸς βασιλέως ἔκγονος. Ob die Εὐνομία bei Dio die Εὔνοια bei Themistius hervorgerufen habe, lassen wir dahingestellt [1]).

Aliud quod addatur dignum est. Apud utrumque comites, quae primae memorantur (Δίκη, Ἀλήθεια) multa luce circumdatae sedent. Secundae autem prope primas sunt (cf. Dionis παρὰ δὲ αὐτὴν (sc. Δίκην) Εὐνομία et Themistii ἡ δὲ Εὔνοια ἐπικλίνουσα (ad Ἀλήθειαν) τὴν κεφαλήν).

Porro Dio inter comites Legitimae Dominationis unum virum nominat Νόμον, quod Themistius imitatur, cum feminis Amicitiam comitantibus addit Ἔρωτα Φιλίας ὑπουργόν. Tum κολακείαν e Dionis libro sumpsit Themistius.

Cebes sua respiciens in hac quoque re singularia praebet. Ac Verae Eruditioni quidem duas tantum socias attribuit. Ceterae autem mulieres liberi Beatitudinis sunt, quae eum qui ad Veram Eruditionem pervenit, ad summum collem ducunt, ubi mater est.

Ab altera autem parte Falsae Eruditionis sociae non nominantur, cum Intemperantiam tres prosequantur. Praeterea generaliter vitia enumerantur, quae homo vincere debet.

Cebetem vero cum in virtutibus tum in vitiis affe-

---

1) Ea scripsit G. Bohnenblust l. c. p. 19.

rendis doctrinas stoicorum secutum esse C. Praechter uberius exposuit[1]).

3. Quomodo singulae res tractentur.

Primum quemadmodum mulieres inducantur, videamus! Apud Prodicum Xenophontemqne eae Herculi visione apparent. De nonnullorum autem imitatorum ratione Hense dicit (l. c. p. 18): Ovid schafft für das Auftreten der Tragödie und Elegeia eine geeignete Szenerie in dem visionären Dämmerlicht eines uralten Haines. Bei Silius sitzt Scipio unter dem Schatten eines Lorbeers, ‚wo die letzten Häuser sind', d. h. in der Einsamkeit. Lukian wählt bezeichnenderweise statt der Vision die Form des Traumes und gewinnt so die Freiheit für jene eigentümliche Mischung von Ernst und Scherz . . .

Ceteri autem, Dionem Maximum Basilium Themistium rhetores dico, talia omiserunt ac feminas sine ullo negotio Herculi occurrentes faciunt. —

Sed alia quaeramus! Prodicus Xenophonque feminam, quae inferior erit in dicendi certamine, priorem inducunt. Qui τόπος etiam apud imitatores invenitur. Silius quidem atque Lucianus et describunt et loquentem inducunt priorem, quae vincetur, rhetores autem Philo Iustinus in describundis certe feminis eam, quae inferior erit, priorem nominant.

Contra dissentiunt cum iis Dio Maximus Themistius Basilius. —

Nunc videamus, quomodo mulieres describantur[2]) De Virtute (vel femina substituta) haec praedicant auctores.

Rhetores: φυσικὸν ἔχουσα κάλλος (rh. primus), εὔμορφος (Troilus), ὡραία καὶ ἀνθηρά (rh. tertius).

Philo (l. c. 26): . . . ἐπιφαίνεται ἐλευθέρας καὶ ἀστῆς προσφερομένη πάντα, σταθερὸν βάδισμα, ἠρεμαιοτάτην ὄψιν, χρῶμα καὶ τὸ αἰδοῦς καὶ τὸ σώματος ἀκιβδήλευτον, ἀψευδὲς ἦ θος,ἀνόθευτον

---

1) l. c. p. 64 sqq.

2) De Silii et Ovidii feminis F. Riedl l. c. p. 25. 20 egit.

βίον, ἀποίκιλον γνώμην, λόγον οὐ φένακα, διανοίας ὑγιοῦς ἀληθέστατον μίμημα, σχέσιν ἄπλαστον, οὐ σεσοβημένην κίνησιν, μετρίαν ἐσθῆτα, τὸν χρυσοῦ τιμιώτερον φρονήσεως καὶ ἀρετῆς κόσμον.

Dio (I 70 sq.): εὐειδὴς καὶ μεγάλη, ἐσθῆτι λευκῇ κεκοσμημένη, τὸ πρόσωπον φαιδρὸν ὁμοῦ καὶ σεμνόν, καθεστηκὸς δὲ καὶ ὅμοιον αὐτῆς τὸ εἶδος ὁρᾶσθαι, τὸ βλέμμα οὐ μετατρεπόμενον.

Maximus (XIV 1 b): ἡ δὲ εὐσχήμων ἰδεῖν, βαδίζουσα ἠρέμα, φθεγγομένη μουσικῶς, βλέμμα πρᾶον, ἀμπεχόνη ἀνέτη.

Themistius (XXII 281 a sq.): εὐειδὴς μὲν οὔ, ὡραία δὲ, ἀληθινοῦ καὶ ἀρχαίου ... κάλλους, λευκὸν ... κόσμον ... ἱματίων, τὸ βλέμμα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον, τὸ μειδίαμα ἑστηκὸς καὶ οὐ μετατρεπόμενον.

Cebes de Vera Eruditione (18): γυνή τις ἐστὶ καλὴ καὶ καθεστηκυῖα τὸ πρόσωπον, μέση δὲ καὶ κεκριμένη ἤδη τῇ ἡλικίᾳ, στολὴν δ' ἔχουσα ἁπλῆν τε καὶ ἀκαλλώπιστον et de Beatitudine (21): γυνὴ ... εὐειδής τις κάθηται ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ κεκοσμημένη ἐλευθέρως καὶ ἀπεριέργως καὶ ἐστεφανωμένη στεφάνῳ εὐανθεῖ πάνυ καλῷ.

Iustinus (II 11): ἐν αὐχμηρῷ προσώπῳ καὶ περιβολῇ.

Clemens (Paed. II 10. 110): τὴν μὲν αὐταῖν ἀφελῶς ἱσταμένην ἐποίησε καὶ λευχείμονα καὶ καθάριον, τὴν ἀρετήν, αἰδοῖ μόνῃ κεκοσμημένην (τοιαύτην εἶναι χρὴ τὴν πίστιν, ἐνάρετον μετ' αἰδοῦς).

Basilius (4): κατεσκληκέναι καὶ αὐχμεῖν καὶ σύντονον βλέπειν.

Hoc in universum praemittam omnes auctores gentiles feminam pulchram esse narrare, cum Christiani eam depingant ratione quadam, quae nos offendit. Quod Christiani fecerunt, quia huius mundi decus et pulchritudinem minimi aestimaverunt. Solus Clemens non ab iis stat.

Ut ad singula comparanda accedamus, Troilus Dio Maximus Cebes mulierem magna et pulchra figura esse narrant. Themistius autem sibi finxit Virtutem non pulchra quidem figura esse, attamen aetate florere et naturali quadam pulchritudine praeditam esse. Contra eos facit Basilius, qui Virtutem foeda figura esse vult. Quod scripsit sua quidem respiciens.

Mulierem ornatam non esse nisi naturali pulchritudine rhetor primus praedicat (φυσικὸν ἔχουσα κάλλος) et Clemens (ἀφελῶς ἱσταμένην) et Themistius (ἀληθινοῦ καὶ ἀρχαίου κάλλους). Cebes Beatitudinem simpliciter ornatam et corona florenti coronatam fuisse dicit. Hic addatur quoque in Philone habitum mulieris inaffectatum esse (cf. σχέσιν ἄπλαστον).

Colorem similiter atque Xenophon (κεκοσμημένην τὸ μὲν χρῶμα καθαρότητι) Philo et Clemens describunt. Reliqui talia non praebent.

Rursus omnes faciem feminae depingunt. Praeter omnia autem admireris, quod saepe tibi occurrit vultum feminae ‚stantem' fuisse. Velut ita scripserunt Silius (vs. 29) Dio Themistius Cebes. Optime autem, quid auctores in animo habuerint, intellegis, ubi legisti in Philone Voluptatis oculos vagari, ut homines allicerentur.

In oculis feminae descriptis Maximus cum Philone etsi non in verbis ipsis, attamen in re consentit, cum Themistii: βλέμμα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον in Xenophontis: τὰ δὲ ὄμματα αἰδοῖ ornata recedant. Basilii verba: σύντονον βλέπειν cohaerere videntur cum vultu stante.

Tum omnes fere vestem mulieris albam esse dicunt, qua in re posteriores Xenophontem imitati sunt. Philo et Cebes vestis simplicitatem premunt. Maximi verba: ἀμπεχόνη ἀνέτη significant lingua nostra ‚ein schlaff herabhängendes Gewand' atque contrariam postulant vestem, quae corpori arte se applicat, ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ἡ ὥρα διαλάμποι (memor. II 1. 34). Iustinus ut erat Christianus praebet: ἐν αὐχμηρῷ . . . περιβολῇ.

De Virtutis incessu soli Philo et Maximus referunt. Atque Philonis ‚σταθερὸν βάδισμα' statim intellegimus, ubi legimus Voluptatis incessum ὑπὸ τρυφῆς τῆς ἄγαν καὶ χλιδῆς incertum esse (cf. infra p. 54). Verba autem: οὐ σεσοβημένην κίνησιν significant Virtutem minime arrogantia et superbia incitatam esse. — Maximus aliis quoque locis, ut in via caute ac quiete eatur, admonet e. g. or. XXXIV 2 d sqq.

Denique Maximus narrat Virtutem μουσικῶς φθέγγεσθαι, quod simile non habet nec apud Xenophontem nec reliquos imitatores. E suo igitur addidit, quod mirum non est, quia musicam magni aestimavit[1]).

Alteram mulierem singuli hoc modo depingunt.

Rhetores: ἐπείσακτον ἔχουσαν κάλλος, τουτέστιν οὐ φυσικόν, ἀλλὰ ἀπὸ κοσμίων καὶ φυκαρίων καὶ ἑτέρων τινῶν (rh. primus); ἄμορφος κεκαλλωπισμένη δὲ (Troilus); ῥυπῶσα καὶ αὐχμηρά (rh. tertius).

Philo (21): ἡ μὲν οὖν (sc. Voluptas) προσέρχεται πόρνης καὶ χαμαιτύπης τὸν τρόπον τεθρυμμένη, κεκλασμένῳ τῷ βαδίσματι ὑπὸ τρυφῆς τῆς ἄγαν καὶ χλιδῆς, σαλεύουσα τὼ ὀφθαλμώ, οἷς τὰς τῶν νέων ἀγκιστρεύεται ψυχάς, θράσος μετ' ἀναισχυντίας ἐμβλέπουσα, τὸν αὐχένα ἐπαίρουσα, πλέον τῆς φύσεως ἑαυτὴν ἐνορθιάζουσα, σεσαρυῖα καὶ κιχλίζουσα, περιέργῳ ποικιλίᾳ τὰς τῆς κεφαλῆς τρίχας ἀναπεπλεγμένη, ὑπογεγραμμένη τὴν ὄψιν, ἐγκεκαλυμμένη τὰς ὀφρῦς, θερμολουσίαις ἐπαλλήλοις χρωμένη, ἔρευθος εἰργασμένη, πολυτελεῖς ἐσθῆτας ἐπηνθισμένας ἄκρως ἀμπεχομένη, περιβραχίονα καὶ περιαυχένια καὶ ὅσα ἄλλα χρυσοῦ καὶ λίθων πολυτελῶν δημιουργηθέντα κόσμος ἐστὶ γυναικεῖος περικαθειμένη, μύρων εὐωδεστάτων ἀποπνέουσα, τὴν ἀγορὰν οἰκίαν νομίζουσα, τριοδῖτις σοβάς, χήτει γνησίου κάλλους τὸν νόθον μεταδιώκουσα.

Dio (I 78 sqq.): προσποιουμένη καὶ ἀφομοιοῦσα αὐτὴν τῇ Βασιλείᾳ . . . ., ἀντὶ μὲν τοῦ προσφιλοῦς μειδιάματος ταπεινὸν ἐσεσήρει καὶ ὕπουλον, ἀντὶ δὲ τοῦ σεμνοῦ βλέμματος σκυθρωπὸν ὑφεωρᾶτο καὶ ἄγριον . . . ., ἡ δὲ ἐσθὴς παντοδαπή . . ., χρώματα παντοδαπὰ ἠφίει.

Maximus (XIV 1 c): ἡ δὲ δευτέρα θρυπτική, ἐπίχριστος, χλανιδίοις ἐξηνθισμένη, βλέμμα ἰταμόν, βάδισμα ἄτακτον, φωνὴ ἄμουσος.

Themistius (p. 282 a): προσποιουμένη καὶ ἀφομοιοῦσα ἑαυτὴν τῇ Φιλίᾳ . . ., τὸ πρόσωπον ὑπεγέγραπτο . . ., ὕπουλον ἐσεσήρει.

---

1) Cf. or. VIII 1 a, XXII 7 f, XXVI 2 a, XXXVII 7 a sqq.

Cebes de Falsa Eruditione (12): δοκεῖ πάνυ καθάριος καὶ εὔτακτος εἶναι.

Iustinus (11): καὶ τὴν μὲν κακίαν ἁβρᾷ ἐσθῆτι καὶ ἐρωτοπεποιημένῳ καὶ ἀνθοῦντι ἐκ τῶν τοιούτων προσώπῳ, θελτικήν τε εὐθὺς πρὸς τὰς ὄψεις οὖσαν.

Clemens (l. c. II 10. 110): θατέραν δὲ τοὐναντίον εἰσάγει, τὴν κακίαν, περιττῇ μὲν ἐσθῆτι ἠμφιεσμένην, ἀλλοτρίῳ δὲ χρώματι γεγανωμένην· καὶ ἡ κίνησις αὐτῆς καὶ ἡ σχέσις πρὸς τὸ ἐπιτερπὲς ἐπιτηδευομένη ταῖς μαχλώσαις ἔκκειται σκιαγραφία γυναιξίν.

Basilius (l. c. 4): ὑπὸ κομμωτικῆς διεσκευασμένην εἰς κάλλος καὶ ὑπὸ τρυφῆς διαρρεῖν καὶ πάντα ἑσμὸν ἡδονῆς ἐξηρτημένην ἄγειν.

Quas descriptiones si perlustraveris, libenter concedes Ioclum recte iudicavisse (II 334): Die Κακία ist nun zweifellos, wie selbst Xenophons Zeichnung spüren läßt, von Anfang an als Hure aufgefaßt.... Philo drängt sofort den πόρνης τρόπος hervor und malt sie mit mehr als kynischem Fanatismus als χαμαιτύπη, τριοδῖτις σοβάς, nennt sie Ἡδονή — vgl. Clem. ἐπιτερπές, Bas. ἑσμὸν ἡδονῆς, spricht von ihrer τρυφή — vgl. Bas. τρυφῆς, Philostr. ἀπατηλῷ, schildert sie als ποίκιλος, πολυτελής, περίεργος — vgl. Clem. περιττῇ, Philostr. ποικίλῳ, Max. χλανιδίοις ἐξηνθισμένη.

Sed accuratius in singula inquiramus! De mulieris mollitia auctores dicunt, quod eam in primis ut meretricis propriam impugnant. Tum mulier offendit ea re, quod minime naturalem colorem praebet, sed fuco colorem mentitur. Quod omnes fere premunt inde a Xenophonte. Est igitur τόπος usitatissimus illam differentiam statuere inter εἶναι et δοκεῖν[1]).

In figura feminae describunda similia inveniuntur. Philo enim dicit: πλέον τῆς φύσεως ἐνορθιάζουσα. Quae verba nos revocant ad Xenophontis: σχῆμα ὥστε δοκεῖν ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι. Cum nonnulla verba inter se congruant, Philo ex ipso Xenophonte sua sumpsisse videtur.

1) Cf. M. Pohlenz l. c. p. 87 sq.

Aliter autem Dio eumque secutus Themistius feminam similitudinem speciemque alterius imitari narrant.

Voluptatem oculis suis homines allicere Philo et Iustinus dicunt. Potius inverecundiam oculorum premunt Philo et Maximus, qui in ea re Xenophontem imitantur. — Dio praebet suam fabulae mutationem respiciens singularem imaginem: σκυθρωπὸν ὑφεωρᾶτο καὶ ἄγριον, ut vultum Tyrannidis describat, qui contrarius est προσώπῳ φαιδρῷ ὁμοῦ καὶ σεμνῷ Βασιλείας.

De mulieris risu adnotat Philo: σεσαρυῖα καὶ κιχλίζουσα. Quibus cum verbis compara Dionis: ἀντὶ μὲν τοῦ προσφιλοῦς μειδιάματος ταπεινὸν ἐσεσήρει καὶ ὕπουλον, quae Themistius in suum librum recepit (ἀντὶ τοῦ γαληνοῦ μειδιάματος ὕπουλον ἐσεσήρει). Retinetur igitur verbum, quod est σαίρειν, quamvis de variis usurpatum feminis.

Vestem mulieris omnes fere commemorant atque plerique ut meretricis describunt.

Praeterea animadvertendum est Philonem praeter corpus etiam animum et mores feminarum tractare. Omnino si auctores perlustraveris, eum uberius et amplius quam ceteros res exornavisse videbis. Atque saepissime verba deprehendis, quae nec apud Xenophontem neque apud reliquos imitatores similia habent. Sed in certum inquirere fontem, ex quo hauserit, haud rectum videtur[1].

Quoniam quaesivimus, quomodo mulieres descriptae sint, ad orationes nos convertamus, quibus utraque mulier adulescentem ad suam voluntatem perducere vult. Quas orationes rhetores Dio Maximus Themistius Cebes Clemens quam brevissime tantum attingunt vel omnino omiserunt. Contra Philo Ovidius Silius Lucianus Iustinus Basilius eas praebent.

Apud Philonem quidem utraque femina perplurima facit verba, ut hominem in suas partes trahat. Qua in re Voluptas (22 sqq.) easdem fere sententias profert atque

1) Cf. P. Wendland l. c. p. 142.

Vitiositas Xenophontea. Immo verba exstant, quae etiam apud Xenophontem leguntur.

Xenophon (24):	Philo (24):
σκοπούμενος διάξεις τί ἂν κεχαρισμένον ἢ σιτίον ἢ ποτὸν εὕροις, ἢ τί ἂν ἰδὼν ἢ ἀκούσας τερφθείης, ἢ τίνων ἂν ὀσφραινόμενος ἢ ἁπτόμενος ἡσθείης ...	ἐὰν οὖν ἐθελήσῃς σὺν ἐμοὶ ποιεῖσθαι τὰς διατριβάς, ἐκ πάντων εὐτρεπίσασά σοι τὰ ἁρμόζοντα δωρήσομαι, συνεπισκοποῦσα τί ἂν φαγὼν ἢ πιὼν γανωθείης, ἢ τί τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδὼν ἢ τοῖς ὠσὶν ἀκούσας ἢ μυκτῆρσιν ὀσφρόμενος ἡσθείης . . .

Quud verba apud utrumque inveniuntur eadem, casui non tribuam, immo potius Philonem imitari Xenophontem censeo.

Virtutis oratio apud Philonem (28 sqq.) commendat labores eodem modo atque apud Xenophontem (30), sed verba ipsa non congruunt.

De orationibus, quas mulieres in Ovidio Silio Luciano habent, F. Riedl uberius tractavit, quem si quid de iis audire cupis, inspicias[1]). Id tantum commemoro Virtutem, quae Scipionem ad bellum gerendum adhortatur, partes stoicorum agere, Voluptatem autem, quae adulescenti pro laboribus et onere militiae vitam promittit otiosam et mollem, doctrinas epicureorum proferre. Ad ea autem, quae Riedl de orationibus explicavit in Luciani libro, haec addam Eruditionem Luciano gloriam inter superstites polliceri, quae alludere videntur in verba Xenophontea (33): ὅταν δ' ἔλθῃ τὸ πεπρωμένον τέλος, οὐ μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται, ἀλλὰ μετὰ μνήμης τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι.

Apud Iustinum, ut erat Christianus, Virtus Herculi pronuntiat se eum non exornaturam esse decore et pulchritudine huius mundi, sed τοῖς ἀιδίοις καὶ καλοῖς κόσμοις. Eodem igitur modo orationes immutavit atque feminas ipsas describendas.

1) l. c. p. 21 sqq.

Basilius Vitiositatis orationem attingit tantum dicens: ταῦτα τε (i. e. πάντα ἑσμὸν ἡδονῆς) οὖν δεικνύναι καὶ ἔτι πλείω τούτων ὑπισχνουμένην, ἕλκειν ἐπιχειρεῖν τὸν Ἡρακλέα πρὸς ἑαυτήν. Paulo uberius Virtutis orationem reddit his verbis: ὑπισχνεῖσθαι . . . οὐδὲν ἀνειμένον, οὐδὲ ἡδύ, ἀλλ' ἱδρῶτας μυρίους καὶ πόνους καὶ κινδύνους διὰ πάσης ἠπείρου τε καὶ θαλάσσης. ἆθλον δὲ τούτων εἶναι θεὸν γενέσθαι. Quarum sententiarum prima quidem similia non habet apud Xenophontem, cum altera (ἆθλον κτἑ) ratione quadam conspiret cum Xenophontis verbis (33): τοιᾶυτά σοι . . . ἔξεστι διαπονησαμένῳ τὴν μακαριστοτάτην εὐδαιμονίαν κεκτῆσθαι

Cum auctores etiam in viis describundis consentiant (v. supra p. 43 sq.), hic quoque quin Basilius Xenophontis presserit vestigia, vix dubitari potest.

Quae opinio stabilitur, cum animum advertas ad id, quemadmodum uterque fabulam hanc induxerit.

Xenophon (21):	Basilius:
καὶ Πρόδικος δέ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ Ἡρακλέους ὡσαύτως . . . ἀποφαίνεται, ὧδέ πως λέγων, ὅσα ἐγὼ μέμνημαι et 34: οὕτω πως διώκει Πρόδικος τὴν . . . παίδευσιν. ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειοτέροις ῥήμασι ἢ ἐγὼ νῦν.	καὶ μὴν καὶ ὁ Κεῖός που σοφιστὴς Πρόδικος τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων . . . ἐφιλοσόφησεν . . . ἔχει δὲ οὕτω πως ὁ λόγος αὐτῷ, ὅσα ἐγὼ τοῦ ἀνδρὸς τῆς διανοίας μέμνημαι, ἐπεὶ τά γε ῥήματα οὐκ ἐπίσταμαι πλήν γε δὴ ὅτι ἁπλῶς οὕτως εἴρηκεν ἄνευ μέτρου.

Quae omnia me commovent, ut censeam Basilium in fabula enarranda Xenophontem secutum esse.

Nunc quo pacto imitatores Herculis electionem praebuerint, inspiciamus. Ut Xenophon, sic Clemens et Iustinus iudicium adulescentis non tradunt, nimirum quia nihil intererat eorum rem notissimam lectoribus referre.

Reliqui electionem apposuerunt, sed omnes tractemus necesse non est. Soli Ovidius Silius Lucianus respiciendi sunt. De Ovidio quidem dicit Riedl (p. 22): Der Dichter

nun, der sich doch auch gerne den Ruhm eines Tragöden erwerben, zugleich aber noch seiner Neigung, zu lieben und Liebesgedichte zu schreiben, treu bleiben wollte, verstößt keine von beiden, sondern verlangt von der Tragödie nur eine Frist, in der er von ihr unbehelligt sein wolle, und liebt und dichtet Liebeselegien weiter.

Apud Silium ubi Scipio Virtutem sequi constituit, Voluptas abit haec minitans (vss. 125 sqq.):

venient, venient mea tempora quondam,
cum docilis nostris magno certamine Roma
serviet imperiis, et honos mihi habebitur uni.

Denique in somnio Luciani Eruditio electa adulescentem adhortatur (15): ἐπίβηθι τούτου τοῦ ὀχήματος ... ὅπως εἰδῇς, οἷα καὶ ἡλίκα μὴ ἀκολουθήσας ἐμοὶ ἀγνοήσειν ἔμελλες, et tum dicit Lucianus: ἀρθεὶς δὲ εἰς ὕψος ἐγὼ ἐπεσκόπουν ἀπὸ τῆς ἕω ἀρξάμενος ἄχρι πρὸς τὰ ἑσπέρια πόλεις καὶ ἔθνη καὶ δήμους.

Suam igitur fabulae mutationem respicientes hi tres auctores finem narrationis exornaverunt.

Quoniam qua ratione posteriores scriptores Xenophontem imitati sint aut mutaverint vidimus, qua in re quantum fieri potuit constitutum est, quatenus alter alterius vestigia presserit, restat tantum, ut in Maximum inquiramus. Qui fabulam etiamsi paucis attamen eodem modo atque Xenophon ipse narrat. Quod ad singulas attinet res, in mulieribus describundis modo cum eo facit modo dissentit, nonnunquam autem sententias praebet, quarum similes ceteri imitatores nedum Xenophon non memorant.

Ad rem diiudicandam alias res advocabimus. Si Maximi scripta evolvisti, Xenophontem ab eo magni aestimatum esse intellegis. Saepissime enim Xenophon nominatur atque semper cum aliis philosophis, qui eminent[1]).

---

1) Cf. or. I 10 e sq., XV 8 g, XVIII 5 a, XXII 6 e, XXXIV 9 a sq., XXXVI 6 g sq.

Porro Maximum Xenophontis libros accurate cognitos habere inde apparet, quod ex iis perplurimos flosculos apposuit[1]).

Fabulam igitur Prodiceam in memor. legit. Praeter Xenophontem autem secutus esse videtur rhetorem aliquem, qui in scholis fabulam de Amicitia et Adulatione narraverat.

V. De duabus viis apud Iudaeos et Christianos.

Fabula de Hercule in bivio usque ad finem pertractata ad fundamentorum fabulae alterum, quod praebet imago duarum viarum, recedere liceat. Quam cum fabulae imitatores tum etiam permultos alios scriptores expressisse consentaneum est. Sed ea exempla omnia proferre atque tractare operae pretium esse haud videtur quia, cum plerique plane Hesiodi vestigia presserint, nihil aliud inde proficiatur nisi enumeratio auctorum. Magis autem interesse reor qua ratione haec imago apud Iudaeos et Christianos scriptores usurpata sit, perscrutari atque constituere, quatenus ei imprimis posterioribus temporibus in imagine adhibenda auctores gentiles secuti sint.

1. A vetere et novo testamento[2]) ut incipiamus, quod carmen Deborae vetustissimum (Iudic. 5, 6) hanc imaginem praebet, eam iam primis temporibus, ex quibus Israelitae verba litteris mandare coeperunt, notam et usitatam fuisse colligam. Porro facile intellegitur imaginem in Psalm. et Proverb. saepissime deprehendi, cum libri historici raro illam adhibeant.

Quibus praemissis ad rem ipsam accedamus! Duae autem imaginis formae exstant. Modo enim effigies viae, cui contraria opposita non est, modo duae viae inter se contrariae inveniuntur.

---

2) Ut reliqua scripta neglegam, memor. reddit or. III 3 b (= mem. I 1. 11), III 81 (= I 1. 1), IV 6 d et XIII 3 d (= IV 2. 17), XVII 3 d (= III 10. 2), XVIII 6 e (= I 2. 12).

2) H. Barclay-Swete, The old Testament in Greek; nov. testam. Graece cur. E. Nestle.

Atque viarum quidem, quae per se solae leguntur, priores examinemus eas, quae dei propriae sunt. Deus quasi viis incedit velut Esaias 40, 3: φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ θεοῦ ἡμῶν et Rom. 11, 33: ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.

Unde ὁδός accipit sensum: ratio agendi. Sic legis Psalm. 18, 31: ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ (sc. dei) et ibid. 25, 10: πᾶσαι αἱ ὁδοὶ κυρίου ἔλεος καὶ ἀλήθεια et ibid. 95, 10: ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου.

Porro deus vias suas cum hominibus communicat, ut viae significent praecepta dei, secundum quae homines vivere debent, velut Psalm. 119, 32: ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ibid. 25, 4: τὰς ὁδούς σου, κύριε, γνώρισόν μοι καὶ τὰς τρίβους σου δίδαξόν με, Mc. 12, 14: ἐπ᾽ ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ διδάσκεις, Act. 18, 25: οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου. Praecipue in novo testamento et Christi doctrina et Christus ipse via est, qua sola ingressi ad caelum venire possumus.

Sic legis Ioann. 14, 5 sq.: λέγει αὐτῷ Θωμᾶς· κύριε, οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις· πῶς οἴδαμεν τὴν ὁδόν; λέγει αὐτῷ Ἰησοῦς· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή· οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα εἰ μὴ δι᾽ ἐμοῦ.

Nunc in vias animum advertamus, quibus homines incedunt. Vitam humanam esse viam, quae percurrenda est, ubique legitur velut Mtth. 5, 25: ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ ἕως ὅτου εἶ μετ᾽ αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ.

Etiam alia ratione vita hominum cum via comparatur. Verba enim: εὐοδοῦν ὁδόν initio sensu praedita: aliquem aliqua via bene tutoque ducere (cf. Gen. 24, 48) postea usurpantur significatione generali: prospera uti fortuna, velut Ios. 1, 8: εὐοδώσεις τὰς ὁδούς σου. Quam significationem etiam a Graecis non alienam esse scriptoribus testis est Herodot. VI 73: ὡς Κλεομένεϊ εὐοδώθη τὸ . . . πρῆγμα.

Porro ratio vivendi vel natura vel mores hominum conferuntur cum via, ut Ierem. 17, 10: τοῦ δοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ καὶ κατὰ τοὺς καρποὺς τῶν ἐπιτηδευμάτων

αὐτοῦ et Iacob. 1, 8: ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

Unde ortum esse videtur in libris novi testamenti eam vocem usurpatam esse etiam ita, ut significet αἵρεσις, velut Act. 24, 14: κατὰ τὴν ὁδόν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν. Cf. ibid. 9, 2; 19, 23.

Iam primis temporibus duas quoque vias, quae sibi contrariae sunt, inveniri sine ullo negotio intellegitur. Apparet enim vias deo gratas saepe minime consentire cum iis, quas homines sibi eligunt. Praecipue prophetae iterum atque, iterum populum, ut a viis pravis recederent, adhortabantur.

Esaias (55, 8 sq.) dei et hominis vias inter se opponit: οὐ γάρ εἰσιν αἱ βουλαί μου ὥσπερ αἱ βουλαὶ ὑμῶν, οὐδ' ὥσπερ αἱ ὁδοὶ ὑμῶν αἱ ὁδοί μου, λέγει κύριος· ἀλλ' ὡς ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχει ἡ ὁδός μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, καὶ τὰ διανοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς διανοίας μου.

Sed ut viae dei a viis hominum discernuntur, ita viae hominum ipsorum non eaedem sunt, sed viae bonorum seiunguntur a viis malorum. Ii enim, qui pii sunt vel se pios esse simulant, ceteros contemnunt ac malos pravosque ducunt. Sic legimus Psalm. 1, 6: ὅτι γιγνώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

Haud aliter viae nominantur a finibus, ad quos ducunt, velut Ierem. 21, 8: ἰδοὺ ἐγὼ δέδωκα πρὸ προσώπου ὑμῶν τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θανάτου et Prov. 12, 28: ἐν ὁδοῖς δικαιοσύνης ζωή, ὁδοὶ δὲ μνησικάκων εἰς θάνατον [1]).

Proverb. 7 sqq. allegoria exstat quam excultissima, quae ad Prodiceam fabulam nos revocat. Sapientia enim, quae mulierem induit, et γυνὴ ἀλλοτρία καὶ πονηρά (7, 5), quae coloribus meretricis depicta est, loquentes et agentes inducuntur. Atque primum (c. 7) narratur, quomodo prava

---

1) Qua cum imagine cohaeret allegoria Iob 38, 19: ποίᾳ δὲ γῇ αὐλίζεται τὸ φῶς, σκότους δὲ ποῖος ὁ τόπος;

femina ex domo excedat et adulescentem aliquem blandientibus perducat verbis, ut secum amorem colat, cum maritus domi non versetur. Qua narratione auctor homines a pravis viis revocare vult: μὴ ἐκκλινάτω εἰς τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἡ καρδία σου (7, 25).

Ab altera autem parte Sapientia in mediis semitis stans homines praetereuntes allocuta, ut omnia impia et perversa detestentur et doctrinas suas accipiant adhortatur. Quibus rebus narratis auctor concludit his verbis: νῦν οὖν, υἱέ, ἄκουέ μου· καὶ μακάριοι οἳ ὁδούς μου φυλάσσοντες (32) et: μακάριος ἀνήρ, ὃς εἰσακούσεταί μου, καὶ ἄνθρωπος, ὃς τὰς ἐμὰς ὁδοὺς φυλάξει (34).

Etiam capite 9 allegoriam persequitur auctor, cum narrat Sapientiam domum aedificavisse et servos dimittere, ut homines invitent (vss. 1—6). Meretrix quoque domum habet et ante ianuam sedet, ut praetereuntes alliciat (vss. 13 sqq.).

Quae capita fabulae Prodiceae similia esse apertum est. In ea autem re praecipue cum Prodico discrepat auctor, quod copiose et longe exornavit, quomodo meretrix adulescentem perduxerit.

Nunc accedamus ad nobilissimum locum, ubi agitur de via angusta et lata, Mtth. 7, 13 sq.: εἰσέλθατε διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη[1]) καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς· ὅτι στενὴ ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν.

Evangelista duas imagines duarum portarum et duarum viarum coniunxit. Ad imaginem quidem portae intellegendam in animum tibi revoces Christum se ipsum θύραν nominare Ioa 10, 9: ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθήσεται, καὶ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται καὶ νομὴν εὑρήσει. — At porta cum in utroque versu prior nominetur, initio viae imputanda est. Portae autem respondet

---

1) ἡ πύλη, quae verba codices omittunt, legenda mihi videntur, ut verba huius versus respondeant verbis vs. insequentis.

via, quae ei continuatur. Finis viae latae est pernicies, alterius autem vita.

Si accuratius in versus inquisiverimus, discrepantias deprehendemus nonnullas. Quo enim verba δι' αὐτῆς (13) et αὐτήν (14) referenda sunt? Quae quamquam, si collocationem verborum reputas, ad vias pertinent, tamen cum portis coniungenda sunt, quia verba οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς ad portam tantum quadrant.

Duas igitur imagines, quae ante eum separatae erant, Matthaeus colligasse videtur. Quam opinionem stabilit Lucas, qui portam solam memorat (13, 24): ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς θύρας, ὅτι πολλοί, λέγω ὑμῖν, ζητήσουσιν εἰσελθεῖν καὶ οὐκ ἰσχύσουσιν. Is primam imaginis formam servavit, quae in libro erat, a quo et Matthaeus et Lucas pendent.

Matthaeo autem illos versus componenti, quod quidem ad portae imaginem attinet, ante oculos versabantur verba paulo ante (5, 20) scripta: ἐὰν μὴ περισσεύῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν[1]). Quam sententiam cum exprimeret, memor fuisse videtur imaginis: πύλαι τῆς δικαιοσύνης, quae ubique in vetere testamento invenitur velut Psalm. 118, 19.

Alteram quoque imaginem, imaginem dico duarum viarum, Matthaeus Iudaeis debet scriptoribus. Nam cum eam in vetere et novo testamento usitatissimam esse vidimus tum librum peculiarem exstitisse, cui inscribebatur δύο ὁδοί, paulo infra (p. 67) videbimus. Inter Matthaeum et scriptores gentiles in imagine duarum viarum adhibenda ratio non intercedit[2]).

Hoc autem Matthaei proprium videtur, quod imagines viarum et portarum colligavit. Id enim nullus, quantum

1) Cf. etiam Mtth. 19, 24: εὐκοπώτερόν ἐστιν κάμηλον διὰ τρήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

2) Accedo Eduardo Norden, qui de ea re disserit: Die antike Kunstprosa p. 467.

video, Iudaeus vel Christianus scriptor fecit. Contra inter gentiles Cebes viam cum porta praebet (15): ὁρᾷς ἄνω ... τόπον τινὰ ἐκεῖνον, ὅπου οὐδεὶς ἐπικατοικεῖ, ἀλλ' ἔρημος δοκεῖ εἶναι; ... οὐκοῦν καὶ θύραν τινὰ μικρὰν καὶ ὁδόν τινα πρὸ τῆς θύρας, ἥτις οὐ πολυοχλεῖται, ἀλλ' ὀλίγοι πάνυ πορεύονται ὥσπερ δι' ἀνοδίας τινὸς καὶ τραχείας καὶ πετρώδους εἶναι δοκούσης[1]); Attamen quamquam in ea re consentiunt, quod portam angustam praebent viamque difficilem atque a paucis tritam, rationem inter eos intercedere non puto, quia haud pauca inveniuntur, quibus dissentiunt.

---

2. Quod scriptores ecclesiastici priorum temporum imaginem duarum viarum reddiderunt, haud mirum est. Sed difficillimum videtur constituere, quae ratio inter singulos intercedat, praesertim cum de aliis quoque rebus saepe vix dici possit, num alter ab altero pendeat.

Pastor Hermae imaginem expressit (Mandat. VI 1. 2): σὺ οὖν πίστευε τῷ δικαίῳ, τῷ δὲ ἀδίκῳ μὴ πιστεύσῃς· τὸ γὰρ δίκαιον ὀρθὴν ὁδὸν ἔχει, τὸ δὲ ἄδικον στρεβλήν. ἀλλὰ σὺ τῇ ὀρθῇ ὁδῷ πορεύου καὶ ὁμαλῇ, τὴν δὲ στρεβλὴν ἔασον. ἡ γὰρ στρεβλὴ ὁδὸς τρίβους οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἀνοδίας καὶ προσκόμματα πολλά, καὶ τραχεῖά ἐστι καὶ ἀκανθώδης. βλαβερὰ οὖν ἐστὶ τοῖς ἐν αὐτῇ πορευομένοις. οἱ δὲ τῇ ὀρθῇ ὁδῷ πορευόμενοι ὁμαλῶς περιπατοῦσι καὶ ἀπροσκόπως· οὔτε γὰρ τραχεῖά ἐστιν οὔτε ἀκανθώδης. Tum pergit (2, 1): δύο εἰσὶν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἷς τῆς δικαιοσύνης καὶ εἷς τῆς πονηρίας et ubi τὰ ἔργα utriusque enarravit, finem facit dicendi (2, 9): βλέπεις οὖν ..., ὅτι καλόν ἐστι τῷ ἀγγέλῳ τῆς δικαιοσύνης ἀκολουθεῖν, τῷ δὲ ἀγγέλῳ τῆς πονηρίας ἀποτάξασθαι.

Doctrina apostolorum[2]) incipit his verbis: ὁδοὶ δύο εἰσί, μία τῆς ζωῆς καὶ μία τοῦ θανάτου, διαφορὰ δὲ πολλὴ μεταξὺ τῶν δύο ὁδῶν. ἡ μὲν οὖν ὁδὸς τῆς ζωῆς ἐστιν αὕτη·

---

1) Cf. supra p. 47.

2) Texte und Untersuchungen zur Gesch. der altchristl. Literatur von Gebhardt u. Harnack (Lei 1886) II 1.

πρῶτον κτέ. 5,1: ἡ δὲ τοῦ θανάτου ὁδός ἐστιν αὕτη· πρῶτον πάντων πονηρά ἐστι καὶ κατάρας μεστή· φόνοι μοιχεῖαι ἐπιθυμίαι πορνεῖαι κλοπαὶ εἰδωλατρίαι μαγεῖαι φαρμακίαι ἁρπαγαὶ ψευδομαρτυρίαι ὑποκρίσεις διπλοκαρδία δόλος ὑπερηφανία κακία αὐθάδεια πλεονεξία αἰσχρολογία ζηλοτυπία θρασύτης ὕψος ἀλαζονεία [1]).

Barnabas rem sic instituit (epist. 18 sqq.) [2]): ὁδοὶ δύο εἰσὶν διδαχῆς καὶ ἐξουσίας, ἥ τε τοῦ φωτὸς καὶ ἡ τοῦ σκότους. διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν δύο ὁδῶν. ἐφ' ἧς μὲν γάρ εἰσιν τεταγμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελλοι τοῦ θεοῦ, ἐφ' ἧς δὲ ἄγγελοι τοῦ σατανᾶ.

Ubi viam lucis descripsit, dicit (20, 1.): ἡ δὲ τοῦ μέλανος ὁδός ἐστιν σκολιὰ καὶ κατάρας μεστή. ὁδὸς γάρ ἐστιν θανάτου αἰωνίου μετὰ τιμωρίας, ἐν ᾗ ἐστὶν τὰ ἀπολλύντα τὴν ψυχὴν αὐτῶν· εἰδωλατρεία θρασύτης ὕψος δυνάμεως ὑπόκρισις διπλοκαρδία μοιχεία φόνος ἁρπαγὴ ὑπερηφανία παράβασις δόλος κακία αὐθάδεια φαρμακεία μαγεία πλεονεξία ἀφοβία θεοῦ.

Qui omnes scriptores imaginem duarum viarum praebent, sed soli Barnabas et Hermas duos angelos addunt. C. Taylor [3]), qui probavit pastorem fabulam Prodiceam, qualem Xenophon tradit, accurate cognitam habere, hic quoque (mand. VI) eum a Xenophonte pendere putat. Quod quamquam rectum esse minime negaverim, etiamsi VI 1. 2 vestigia non exstant, quae pastorem Xenophontem sequi ostendunt, tamen maioris momenti videtur constituere, quo pacto Xenophonteam formam mutaverit. Hermas rem ita sibi fingit, ut iustus rectam viam ingrediatur, ut id quod vult assequatur, cum iniustus ad id ipsum perversis et distortis viis uti cogatur. Itaque iustus facile ad finem pervenit, iniustus autem non sine multis laboribus et difficultatibus.

Pastorem plane differre ab Hesiodo, in quem Prodicus Xenophonque redeunt, primo apparet obtutu. Quam va-

1) Eandem imaginem invenis in Constit. Apost. (ed. P. de Lagarde 1862), quam sua e Doctrina sumpsisse constat.

2) Patrum apostolicorum opera recensuerunt Gebhardt Harnack Zahn (Le 1884).

3) The Journal of Philology XXI p. 243 sqq.

riationem facere materia ipsa Hermas cogebatur. Ob oculos autem ei versari videntur verba ex vetere testamento (Proverb. 15, 19): ὁδοὶ ἀεργῶν ἐστρωμέναι ἀκάνθαις, αἱ δὲ τῶν ἀνδρείων τετριμμέναι et Matthaei locus nobilissimus (7. 13 sq.).

Ut quaerere pergamus, Doctrinam et Barnabam in imagine viarum exprimenda inter se congruere apertum est. Neque vero alterum ab altero pendere, sed utrumque in unum fontem redire communem Iuelicher probavit[1]): Der Abschnitt I 3—II 1 (sc. Διδαχῆς) macht den Eindruck, in einen älteren Text eingeschoben zu sein, ohne daß er Spuren besonderer Jugend trüge; was nach seiner Entfernung vom ersten Teil übrig bleibt, könnte eine jüdische Anweisung für Proselyten gewesen sein; vielfache Berührungen mit zweifellos jüdischer Literatur empfehlen diese Hypothese. Ist aber ein Buch δύο ὁδοί schon vor der christlichen Zeit vorhanden gewesen, so brauchen die zahlreichen Berührungen zwischen diesem Abschnitt der D. und anderen Bestandteilen der altchristlichen Literatur, z. B. dem Barnabasbriefe, nicht notwendig auf Abhängigkeit des einen vom andern zurückgeführt werden. Quod comprobo, nam plane persuasi mihi legenti capita I—VI Iudaeos solos respicere praeter I 3—II 1, quae sententias Christianorum proprias exhibent. Accuratius quidem res explicare meum non est, sed ad singula, quae Barnabas et Doctrina in imagine expressa praebent, examinanda nos accingamus. Doctrina reddit viam vitae et mortis, cum Barnabas scribat (18, 1) ὁδοὶ δύο εἰσὶν διδαχῆς καὶ ἐξουσίας, ἥ τε τοῦ φωτὸς καὶ ἡ τοῦ σκότους. Sed paulo post (20, 1) Barnabas τὴν τοῦ μέλανος (= σκότους) ὁδόν appellat viam mortis. Ergo duas illas imagines haud ignorat.

Mirum est, quod versio Latina Διδαχῆς, cuius unum tantum fragmentum exstat[2]), cum vias vitae mortisque

1) Pauly-Wissowa V 1 p. 393.

2) Ed. O. de Gebhardt in: Texte und Untersuchungen . . . II 2 p. 277.

tum vias lucis ac tenebrarum praebet. Res ita se habere videtur, ut versio Latina e Barnabae epistola viam lucis ac tenebrarum addiderit.

Utramque autem imaginem iam in vetere testamento expressam esse supra (p. 62 et adn.) vidimus.

Nunc angelos illos examinemus, quos Hermas et Barnabas cum imagine viarum coniunxerunt. Hos angelos, qui homines ducunt, in Didascalia locum non habuisse, sed a Barnaba et versione illa Latina interpolatos esse C. Taylor l. c. his demonstravit testimoniis: ‚These angels do not properly belong to the teaching, in which the guids in the right and wrong ways are true and false teachers, as appears from the sayings:

Διδ. IV 1—2 τέκνον μου, τοῦ λαλοῦντός σοι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ μνησθήσῃ νυκτὸς καὶ ἡμέρας· τιμήσεις δὲ αὐτὸν ὡς κύριον κ. τ. λ. ἐκζητήσεις δὲ καθ' ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, ἵνα ἐπαναπαῇς τοῖς λόγοις αὐτῶν.

Διδ. VI 1: ὅρα μή τίς σε πλανήσῃ ἀπὸ ταύτης τῆς ὁδοῦ τῆς διδαχῆς, ἐπεὶ παρεκτὸς θεοῦ σε διδάσκει‘.

Unde igitur tres auctores angelos sumpserunt? Iudaeos in angelos credidisse, qui hominibus providerent, et in eos, qui iis nocerent, complures testes sunt. De bonis quidem angelis dicitur Psalm. 91, 11 sq.: ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξει σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου· ἐπὶ χειροῖν ἀροῦσίν σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. Angeli igitur duces viae sunt. Paulo aliter legis Mtth. 18, 10: ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσετε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Rursus mali angeli memorantur Psalm. 78, 49: ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν, ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν et Luc. 8, 29: παρήγγελεν (sc. Iesus) γὰρ τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου.

Quae cum ita sint, haud mirum videtur, quod angeli cum imagine duarum viarum coniuncti sunt.

Etiam Graeci simili modo in numina credebant, qui

homines comitarentur, sed rem longius perscrutari huius loci non est [1]).

Restat, ut catalogi vitiorum tractentur, quos Doctrina et Barnabas imagini nostrae addiderunt. Hoc autem in universum quaestioni praemissum volo auctores Christianos iam inde a Paulo apostolo in vitiis illis enumerandis vestigia Graecorum philosophorum secutos esse. Sic adnotat H. Lietzmann [2]) ad Rom. 1, 29, ubi similia vitia enumerantur atque apud nostros, haec verba: Unsere Stelle unterscheidet sich von den althebräischen Sündenregistern (Exod. 20; 21—23, 19; 34, 14—26; Lev. 19; Deut. 27, 15—20) ganz wesentlich. Während bei diesen vorwiegend einzelne Handlungen und besonders grobe Ausschreitungen aufgezählt und verboten werden, treten bei Paulus die Gesinnungssünden als Quelle der Einzeltaten durchaus in den Vordergrund. Derartig orientierte Lasterkataloge sind aber gang und gäbe bei den Klassikern der antiken Ethik, den Stoikern, deren Einfluß ja bereits v. 28 die Formel τὰ μὴ καθήκοντα verrät. . . . Natürlich soll nicht behauptet werden, daß bei Paulus die alttestamentlichen Typen fehlen . . ., sondern nur, daß in der Regel Paulus bei diesen Aufzählungen denselben stoischen Einflüssen folgt, die sich auch sonst bei gebildeten hellenistischen Juden nachweisen lassen [3]). Auch die übrige altchristliche Literatur zeigt dasselbe Bild, vgl. z. B. Hermas Mand. VIII 3—5, Simil. VI u. ö., Didache 2, 1—5, 2, Barnabas ep. 18—20.

Singula quidem num recta sint curare meum non est, sed satis habeo statuisse Iudaeos et Christianos in vitiis enumerandis a Graecis pendere.

Quibus praemissis quae ratio inter Doctrinam atque Barnabam intercedat in ea re, quaeramus. Doctrina vitiis a Barnaba allatis (sola omisit: παράβασις, ἀφοβία θεοῦ) septem alia addidit (ἐπιθυμία πορνεία κλοπαὶ ψευδο-

1) Cf. de ea re R. Heinze, Xenokrates p. 88. 113.

2) l. c. p. 11.

3) Cf. supra p. 48.

μαρτυρία αἰσχρολογία ζηλοτυπία ἀλαζονεία), quae Hermas praebet (mand. VIII 3—5) praeter αἰσχρολογίαν et ζηλοτυπίαν.

Res ita optime explicatur, ut ponamus in prima forma Doctrinae vitia Barnabae exstitisse, quibus nostra Doctrina ex Hermae catalogo quinque addidit. Praeterea pro duobus vitiis omissis e suo duo alia substituit.

---

3. Scriptores ecclesiasticos posteriorum temporum, qui multi libros gentiles legerunt, etiam in imagine viarum exprimenda saepe Graecorum vestigia secutos esse ultro intellegitur. Quod quidem optime confirmat Clemens Alexandrinus (strom. V 5, 31): πάλιν αὖ δύο ὁδοὺς ὑποτιθεμένου τοῦ εὐαγγελίου καὶ τῶν ἀποστόλων ὁμοίως τοῖς προφήταις ἅπασι καὶ τὴν μὲν καλούντων ‚στενὴν καὶ τεθλιμμένην' τὴν κατὰ τὰς ἐντολὰς καὶ ἀπαγορεύσεις περιεσταλμένην, τὴν δὲ ἐναντίαν τὴν εἰς ἀπώλειαν φέρουσαν ‚πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον', ἀκώλυτον ἡδοναῖς τε καὶ θυμῷ, καὶ φασκόντων ‚μακάριος ἀνήρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη', ὅ τε τοῦ Κείου Προδίκου ἐπί τε τῆς Ἀρετῆς καὶ τῆς Κακίας μῦθος πρόεισιν, καὶ Πυθαγόρας οὐκ ὀκνεῖ ἀπαγορεύειν ‚τὰς λεωφόρους ὁδοὺς' βαδίζειν [1]). Aperte sententias ex vetere et novo testamento colligavit cum doctrinis Graecorum philosophorum. Clementem ipsum fabulam Prodici apud Xenophontem legisse testis est locus: strom. II 20, 107) [2]).

Lactantius de imagine duarum viarum plenissime disputat (div. inst. VI 3 sqq.): ‚duae sunt viae per quas humanam vitam progredi necesse est, una quae in caelum ferat, altera quae ad inferos deprimat, quas et poetae in carminibus et philosophi in disputationibus suis induxerunt'. Ac primum quidem eos philosophos memorat, qui vias a virtutibus et vitiis nominaverunt. In animo habet Prodici de Hercule fabulam, quae posita est in imagine

1) Id erat praeceptum Pythagoreorum notissimum, cf. Aelian. v. h. 4, 17, Diog. Laert. 8, 17.

2) De Clemente fabulae Prodiceae imitatore supra (34 sqq.) egi.

viarum Hesiodea. Hesiodum ipsum in verbis insequentibus aperte imitatur.

Tum Pythagoram respicit de philosophis dicens, qui humanae vitae cursum Y litterae similem esse docent. Sed reprehenduntur, quod ad hanc vitam fines viarum rettulerunt.

‚Poetae — sic pergit — fortasse melius, qui hoc bivium apud inferos esse voluerunt, sed in eo falluntur, quod eas vias mortuis proposuerunt‘. Iam primis temporibus (cf. supra p. 7) duae memorantur viae, quarum dextra ad χῶρον εὐσεβῶν ducit, altera ad Tartarum. Quae narratio originem ducere videtur ex doctrinis Pythagoreorum, qui δεξιόν et ἀριστερόν idem significare voluerunt atque ἀγαθόν et κακόν [1]).

Sed ad Lactantium redeamus! Qui ubi vias gentilium pertractavit, vias, quales Christiani proponunt, cum illis comparat (VI 3, 10 sqq.)

Imago apud gentiles: via virtutis, via vitii; finis viarum: honesta et copiosa vita, omnes miseriae ignominiaeque; duces viarum: doctor bonae artis; viatores: pueri et adulescentes; forma viarum: littera Y	Imago apud Christianos: via caeli, via inferorum; immortalitas, poena aeterna; honoratus et damnatus dux; homines omnis sexus et generis et aetatis; altera conversa est ad solis ortum, altera ad solis occasum.

Quo facto Lactantius fuse viam perditionis (= inferorum) et viam caeli describit, qua in re cum coloribus utitur Christianis tum gentilibus. Sed eas vias accuratius examinare opus non est. Id tantum memoro etiam Lactantium virtutes et vitia in viis habitare finxisse. Atque in via perditionis ‚posuit deus omnia, quae pro bonis habentur in terra, opulentiam dico honorem quietem voluptatem inlecebras omnes, sed cum his pariter iniustitiam crudelitatem superbiam perfidiam libidinem cupiditatem

1) Accedo Erwino Rohde, Psyche II[4] p. 220 adn. 4.

discordiam ignorantiam mendacium stultitiam ceteraque vitia (VI 4, 3)‘.

In via autem caelesti ‚posuit iustitiam temperantiam patientiam fidem castitatem abstinentiam concordiam scientiam veritatem sapientiam ceterasque virtutes, sed simul cum his paupertatem ignominiam laborem dolorem amaritudines omnes (VI 4, 7).

Videmus Lactantium quoque tres eas res praebere, quas ecclesiastici priorum temporum coniunxerunt, duas vias, duos duces, catalogos et virtutum et vitiorum ita, ut haud ineptum videatur opinari rationem quandam inter eos intercedere. Sic O. de Gebhardt[1]) cum Lactantii epit. div. inst. 59 et cum opere ipso comparavit capita Doctrinae I 1—2 indeque coniecit Lactantium e versione Latina Doctrinae tres illas res sumpsisse. Quod quamquam haud sine veritatis specie coniectari mihi videtur, pro certo non affirmaverim.

Nunc ad alterum Lactantii locum accedamus (VII 1, 20 sq): ‚Virtutis autem via non capit magna onera gestantes, augustus admodum trames est, per quem iustitia hominem deducit in caelum, hunc tenere non potest, nisi qui fuerit expeditus ac nudus. Nam isti locupletes multis et ingentibus sarcinis onerati per viam mortis incedunt, quae latissima est, quoniam late perditio dominatur‘.

Hic imitatur Lactantius Mtth. 7, 14 et in primis 19, 24: εὐκοπώτερόν ἐστιν κάμηλον διὰ τρήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Porro ob oculos ei versantur loci velut Iob 1, 21: αὐτὸς γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι ἐκεῖ. Vide etiam Psalm. 42, 8, I Timoth. 6, 7.

A m b r o s i u s vitam cum via comparans duo stadia viae percurrendae discernit[2]): ‚vidisti amoenitatem arborum herbarum viriditatem puritatem fontium . . ., dum attendis, iam pertransisti. Iterum dum ambulas, incidisti

1) Texte und Untersuchungen . . . II 2 p. 283 sqq.

2) Migne Patrol. lat. tom. 14 p. 976.

scopulosum et confragosum iter . . ., taediasti parvum, iterum transisti'.

,Talis haec vita est, cuius nec prospera permanent nec adversa te frangant. . . . Festina semper ad finem! Elige tamen viam, antequam curras! Duae viae sunt, una iustorum, altera peccatorum, una aequitatis, altera iniquitatis, de qua dixit propheta ,Ea vide, si via iniquitatis in me est (Psalm. 138, 24)'. Non solum ergo vita nostra via est, sed etiam in ipsa vita nostra aut virtutis via est aut iniquitatis. Cave igitur, ne in te gressus suos collocet avaritia et sis via criminis, ne improbitas, ne libido, et sis via iniquitatis itinerantibus detrita flagitiis'.

,Licet tibi eligere quos sequaris, aut iustos aut iniustos. Iustorum via angustior et iniustorum latior. . . . Si ad sempiterna intendat (homo), virtutem eligit, si praesentia, voluptatem praeponit. . . . Beatus ergo atque mirabilis, qui talium viarum positus in electione, non fuerit illecebris voluptatis inflexus'.

Omnia humana brevia esse et praepropere perire cum Iudaei et Christiani auctores tum philosophi gentiles docent velut Marcus Aurelius (II 17): τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ὁ μὲν χρόνος στιγμή· ἡ δὲ οὐσία ῥέουσα· συνελόντι δὲ εἰπεῖν πάντα τὰ μὲν τοῦ σώματος ποταμός, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς ὄνειρος καὶ τῦφος. ὁ δὲ βίος πόλεμος καὶ ξένου ἐπιδημία. ἡ ὑστεροφημία δὲ λήθη. τί οὖν τὸ παραπέμψαι δυνάμενον; ἓν καὶ μόνον φιλοσοφία. Cf. etiam Gregorium Nazianz. carm. moral. 15. 19.

Tales igitur cogitationes omnibus notas Ambrosius in hanc imaginem intulit. Quod ad allegoriam ipsam attinet, auctor duas imagines coniunxit. Primum quidem vitam confert cum diversis unius viae stadiis, quae homo percurrit. Dein sibi fingit homini in vita eligendum esse, utram viam, virtutis an iniquitatis, ingrediatur. Sed in hac altera imagine sibi non constat. Modo enim homines viis incedunt, ac virtus vel libido eis occurrunt, modo homo ipse ,via criminis' est. Sed haec hactenus!

Nunc cuius vestigia Ambrosius presserit, quaeramus! Christianis quidem debet vias iustorum et peccatorum, aequitatis et iniquitatis. Contra quin Prodiceam fabulam imitetur dicens: ‚Beatus atque mirabilis, qui talium viarum positus in electione, non fuerit illecebris voluptatis inflexus', dubitari non potest [1]).

Hieronymus de Mtth. 7, 13 sq. haec verba facit [2]): ‚illa (i. e. mortis via) . . . vitiis per consuetudinem quasi declivior ac mollior, et velut quibusdam amoena floribus voluptatum facile ad se rapit commeantium multitudinem; haec vero (i. e. vitae via) insueto calle virtutum tristior ac horridior: ab his tantum eligitur, quibus non tam delectatio itineris cordi est, quam utilitas mansionis'.

Hieronymus in ea re cum Lactantio facit, quod virtutes et vitia quasi feminas in viis habitare narrat. Cum autem callem virtutum insuetum esse memorat, reminiscimur Persii 3, 55 sqq.:

et tibi, quae Samios diduxit littera ramos,
surgentem dextro monstravit limite callem.

Quodsi cognoscimus viam mortis floribus amoenam esse, in memoriam revocamus Ambrosii verba paulo ante allata: ‚vidisti amoenitatem arborum herbarum viriditatem fontium puritatem'.

Sed iam ante eos Dio eumque secutus Themistius colles, in quibus mulieres sedentes faciunt, simili modo descripserunt. Cf. supra p. 46. Usitatissimum igitur fuisse imaginem duarum viarum tali modo exornare concedes [3]).

Si quaerimus, e quo fonte Hieronymus imaginem hauserit exprimendam, aliquid momenti est eum dicere [4]) Lactantium plenissime de duabus viis disputavisse, sed certa inde non colliguntur.

---

1) Cf. Ed. Norden l. c. p. 477.

2) Migne Patrol. lat. 22 p. 1209.

3) Cf. etiam Lactantii ‚via vitii primo ingressu amoena' (l. c.) et Prudentii hamartig. 795 sq.

4) Comm. in Eccles. 10.

Aliam imaginis formam Hieronymus praebet his verbis [1]: ‚nec ad dextram nec ad sinistram declinabimus, via recta gradiemur, via dextra parcitas est, sinistra luxuries, media rectaque frugalitas‘ [2].

Tres viae iam leguntur in vetere testamento (Num. 20, 7): ὁδῷ βασιλικῇ πορευόμεθα, οὐκ ἐκκλινοῦμεν δεξιὰ οὐδὲ εὐώνυμα ἕως ἂν παρέλθωμεν τὰ ὅρια σου. In ea tantum re Hieronymus discrepat, quod vias per allegoriam adhibet.

Unde autem sumpsit tres eas res: parcitatem luxuriem frugalitatem?

Ad rem explicandam optime advocatur Philo (quod deus sit imm. 34): ἀνυπερθετῶς οὖν τῇ βασιλικῇ πειρώμεθα βαδίζειν ὁδῷ . . ., βασιλικὴ δ᾽ἐστὶν ὁδὸς ἧς δεσπότης ὁ καὶ μόνος βασιλεὺς ἀληθείᾳ. μήτε ἐπὶ δεξιὰ μήτε ἐπὶ θάτερα τῆς βασιλικῆς ἀποκλινέτωσαν ὁδοῦ, ἀλλ᾽ αὐτῇ τῇ μέσῃ προΐτωσαν. αἱ γὰρ ἐφ᾽ ἑκατέρᾳ ἐκτροπαὶ τῇ μὲν ὑπερβολὰς εἰς ἐπίτασιν, τῇ δὲ ἐλλείψεις πρὸς ἄνεσιν ἔχουσαι ὑπαίτιοι.

Tum praebet exempla. Respondent

viae dextrae:	viae mediae:	viae sinistrae:
ῥᾳθυμία	σωφροσύνη	φειδωλία
θράσος	ἀνδρεία	δειλία
πανουργία	φρόνησις	μωρία
δεισιδαιμονία	εὐσέβεια	ἀσέβεια.

Quam tripartitionem Philo peripateticis debet [3]. Id autem eius proprium est, quod hanc peripateticam doctrinam imagini viarum intulit itaque illas tres vias, quas in vetere testamento invenit, in mores hominum rettulit. Hieronymus rursus Philonis vestigia secutus videtur.

Gregorius Nazianzenus aliam formam imaginis trium viarum expressit. Qui carmine quodam [4] in vita humana tres vias esse ostendit:

---

1) Patrol. l. t. 6 p. 1586.
2) Cf. etiam t. 22 p. 498.
3) Cf. Aristotelis eth. Nic. 1104 a 18 sqq.
4) Patrol. gr. t. 37 p. 1522 sqq.

ἡ μὲν γὰρ χθαμαλή, καὶ ἐπίτροχος ἴχνεσι πολλῶν
εὐρείη, μαλακή τε καὶ ἐς τέλος οἰκτρὸν ἄγουσα,
125 κρημνούς τε, ζοφερούς τε μυχούς, καὶ τάρταρον αἰνὸν
ἧχι πυρὸς ποταμοί, καὶ δαίμονες ἀγριόθυμοι
ψυχῶν τ' οὐλομένων ποινή, καὶ τῖσις ἄπαυστος.
ἡ δὲ τρηχαλέη καὶ ὄρθιος, αὐαλέη τέ,
στεινή τε, σκολιή τε καὶ ἀμφίκρημνος ἀπάντη,
130 ἄμβατος οὐ πολλοῖσι, καὶ ἐς τέλος ἐσθλὸν ἄγουσα,
οὐρανὸν ἀστεροέντα . . .
ἡ δὲ τρίτη, μεσάτη μὲν ὁδός, μεσάτη δὲ γ' ἀμοιβῆς
οὔτι λίην μογερή, καὶ κύδεος οὐ μάλα πολλοῦ.

Prima quidem via — sic auctor imaginum explicat — omnes mali incedunt, secunda autem ii, quibus vita non est in terra. Media nos ipsi, Gregorius inquit, quibus cura est rerum humanarum.

Neque vero Gregorius in imagine trium viarum exprimenda in Hieronymum recedit, sed a Graecis pendet, qui tres vias apud inferos esse credebant. Una quidem pii incedunt, alia autem improbi. Sed tertia i. e. media eunt, qui nec magno praemio nec gravi poena digni sunt [1]).

Quam viarum imaginem a Graecis excultam Gregorius coloribus Christianis exornavit. At in certum auctorem inquirere, cuius vestigia secutus sit, haud aptum est.

1) De ea re v. Erwinum Rohde l. c.

Index locorum tractatorum.

Vita.


Carolus Augustus Iohannes Alpers natus sum Idibus Maiis anni 1889 patre Augusto matre Theresa e gente Goltermann in vico provinciae Hannoveranae, cui nomen est Prezelle. Fidei addictus sum evangelicae.

Postquam per quinque annos gymnasium Luneburgense frequentavi, quod tum florebat moderante Augusto Nebe, qui amorem litterarum antiquarum mihi excitavit, anni 1907 vere Heidelbergam adii, ubi lectionibus virorum doctissimorum S. Brandt, A. Dieterich †, A. de Domaszewski, G. Grützmacher, W. Windelband interfui.

Vere anni insequentis in numerum civium academicorum Gottingensium receptum per quattuor annos me docuerunt viri doctissimi G. Busolt, E. Husserl, K. Knoke, G. Körte, F. Leo, G. E. Müller, M. Pohlenz, E. Schürer †, Ed. Schwartz (nunc Friburgensis), J. Wackernagel, P. Wendland.

Omnibus viris, qui studiis meis faverunt, gratiam habeo, in primis autem Maximiliano Pohlenz, qui cum in aliis rebus tum praecipue in hac dissertatione perficienda consilio suo benigne me adiuvit.






3 0112 106070045